R. W. Harsh 9°
ey

Harry W. Prescott
Harv. '95

April 11/95.

Persius

A. PERSII FLACCI
D. IVNII IVVENALIS
SVLPICIAE
SATVRAE

RECOGNOVIT

OTTO IAHN

EDITIO TERTIA

CVRAM EGIT

FRANCISCVS BVECHELER

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
ANNO MDCCCLXXXXIII

OTTONIS IAHNII PRAEFATIO

Persii saturarum liber, per Caesium Bassum, postquam Annaeus Cornutus leviter retractavit, editus grammaticorum operam expertus est. de Valerii Probi commentario vitam, cuius reliquiae quantivis pretii servatae sunt, sublatam esse certo testimonio constat. ad eum num haud sane multa antiquae doctrinae vestigia per commentum, quod Cornuti nomen prae se fert, dispersa referenda sint vix decerni poterit. notus et a multis adhibitus Hieronymi locus est: *puto, quod legeris Aspri in Vergilium et Salustium commentarios, Vulcacii in Ciceronis orationes, Victorini in dialogos eius* [*et*], *in Terentii comoedias praeceptoris mei Donati aeque in Vergilium, aliorum in alios, Plautum videlicet Lucretium Flaccum Persium atque Lucanum* (apol. adv. Rufinum I t. IV 1 p. 367). sed de nullo praeter Valerium Probum grammatico constat. etenim quam de Acronis nomine per codicem quendam Mediolanensem servato spem Henricus Ernstius (var. obs. I 7) olim moverat, eam nullam esse demonstravit Hauthalius (mus. rhen. n. s. V p. 523 sq.). de Cornuto eiusque commento res incerta. non pertinere ad Persii magistrum plerisque iam persuasum est, ante Isidorum (a. 636) compositum esse demonstratum ivit C. F. Hermannus (lect. Pers. I Marb. 1842 de aetate et usu schol. Pers. Gott. 1846), haud certa quamquam non improbabili coniectura ad Carlingorum tempora referre mihi visus sum.

aliquam, licet non a docto grammatico sed a iuvene quodam haud illitterato, in emendandis Persii saturis curam positam fuisse subscriptione quadam docemur, quam ita re-

stituendam esse demonstravi (in actis soc. litt. saxonicae 1851 p. 332 sqq.)

Flavius Iulius Tryfonianus Sabinus v. c. protector domesticus temptavi emendare sine antigrapho meum et adnotavi Barcellone coss. dd. nn. Arcadio et Honorio V.

eodem anno 402 p. Chr. n. Sabinus trigesimo aetatis et militiae quinto Tolosae etiam Nonium 'prout potuit emendavit'. subscriptio Persii in duobus codicibus depicta legitur Montepessulano atque Romano.

A Montepessulanus in bibliothecam scholae medicae e Bouheriana translatus, numero 212 notatus (*catalogue général des mss.* I p. 374) in membranis saeculo decimo scriptus fertur, correctus a secunda manu, cuius, quando opus fuit, lectiones adnotavi (*a*). continet Nonium, Persium, Prisciani versus de *est et non.* accuratissime ab Adolfo Michaelis anno 1857 collatum habui.

B codex in tabulario basilicae Vaticanae servatur, intercedente Niebuhrio in usum Heinrichii satis diligenter collatus, cuius denuo inspiciendi copia neque mihi Romae versanti neque amicorum discipulorumve ulli quamvis multa temptantibus umquam facta est.

utriusque codicis librarii, quos nihil eorum quae scripserunt intellexisse credas, ridiculorum vitiorum largam copiam tam fideliter transscripserunt, ut ubique fere consensus eorum indicandus esset (α), quem eis quoque locis subnotandum putavi, quibus quid radendo iam deletum olim in *A* scriptum extiterit certa coniectura assequi liceret. dissensum adnotavi, ubicumque alicuius ad criticam factitandam usus esse posset. ita factum est ut α eius codicis, unde descripti sunt *AB* — nam neutrum ex altero descriptum esse accuratius inspicienti patebit — satis accuratam imaginem reddat. huius codicis tot tamque pudendos errores Sabino imputare iniquum foret. librum aliquem continuis litteris non ita distincte scriptis interdum etiam obscuris exaratum haec vitia apud indoctos librarios procreasse facile intellegitur, qui quantum ab exemplo Sabiniano distet, quis tandem aestimet?

hisce codicibus, vel ut rectius dicam huic codici, addidi

P Montepessulanum bibliothecae scholae medicae 125 (*catal. gén.* I p. 330). scriptus est in membranis saeculo nono in monasterio Sancti Nazarii Laureshemensi, unde in bibliothecam Matthiae cuiusdam, postea Petri Pithoei, denique Bouherii pervenit. continet praeter Persium Iuvenalis saturas. a secunda manu et ipse correctus est, cuius varias lectiones fere omnes adscripsi. diligentissime contulit mihi Adolfus Michaelis.

in horum trium codicum lectionibus componendis operam meam continendam putavi, quippe quibus satis clarum fiat, qualibus librariorum erroribus Persii verba, ab interpolationibus et gravioribus corruptelis fere immunia, per omnes codices, quorum ingens numerus extat, varie depravata sint. quare neque codices, quorum testimonio contra *αP* lectio emendata sit, indicavi et rarissime ex codicibus pluribus paucioribusve (ς) discrepantes lectiones ob aliquam causam memorabiles adscripsi.

quod si nullus Persii codex tantae auctoritatis est, ut in rebus dubiis eius vestigia tuto sequaris, sed semper inter complures optio eaque non raro incerta datur, longe alia ratio in Iuvenalis saturis emendandis obtinet. earum enim restituendarum integerrimum, ut nunc est, quamquam et ipsum multifariam depravatum auctorem viri docti ad unum, quantum sciam, omnes persuasum habent esse codicem

P olim Pithoeanum, nunc Montepessulanum 125, modo indicatum, quem diligenter ab I. V. Bertino collatum habui. altera manus codicem radendo et corrigendo ita mutavit, ut alterius generis, de quo statim dicendum erit, exemplum praestet, cuius lectiones ita tantum adscripsi (*p*), ut constaret, quid olim non scriptum esset in *P*. haud paucis enim locis tam strenue officio suo functus est corrector, ut quid a primo librario scriptum sit, certo dispici iam nequeat. talibus in locis utile auxilium non semel praestant scholia (*S*) margini adscripta, quorum lemmata cum lectionibus primae manus ita consentiunt, ut hic illic paulo rectius scripta verba poetae, contra quibusdam locis aliquantum depravata exhibeant. est

etiam ubi ex scholiorum interpretationibus de ipsorum lectionibus satis certa sententia ferri possit. coniunctis hisce copiis quid ex exemplo suo aut cum fide aut paulo neglegentius codicis *P* librarius transscripserit plerumque explorari potest. itaque ubicumque certis rationibus de lectione constabat, missis ambagibus *P* notam adhibui. eiusdem generis codice usus est Georgius Valla Placentinus in editione, quam Venetiis a. 1486 publici iuris fecit, ubi Probi grammatici in Iuvenalem commentarios sibi compertos esse dicit mirae brevitatis, codicis nimium cariosa vetustate depravatos et vix tertii libri secundam saturam (VIII 198) attingentes. nam quae e Probi interpretamentis aut plene descripsit aut paulum immutatis verbis suo commentario immiscuit, ea cum scholiis *P* ita conspirant, ut e codice simili, sed integriore et pleniore derivata esse pateat. unde si colligere licet, etiam poetae verba e puriore quam *P* est fonte deducta in Vallae codice extitisse, vix maius damnum critica in Iuvenale exercenda quam hoc codice amisso accepit. Valla enim, qui ne scholia quidem ea quam hodie desideres diligentia tractavit, in poetae verbis recensendis codicis sui nullam fere rationem habuit. tertius eiusdem generis codex, cuius tenuem tantum memoriam servatam habemus, olim in monasterii Sangallensis bibliotheca asservabatur (D 304), in cuius catalogo a Kolbio a. 1759 confecto saeculo fere decimo scriptus *Iuvenalem cum notis ferme perpetuis* et *Persii Flacci Auli satyras Thebaidorum* continere traditur. verum diu est ex quo hic codex e bibliotheca fraude aliqua ablatus est, nec ubi delitescat hodie constat. nam qui novissime eius mentionem fecit Io. Henr. Vossius (praef. Tibulli p. XXVIII sq.), is non codicem inspexisse, sed catalogum consuluisse putandus erit. huic autem codici cum *P* convenisse praeter Thebaidorum in Persii titulo permiram commemorationem docent scholia in Iuvenalem. neque enim dubitari potest, quin ex hoc libro deperdito olim descripta sint scholia in codice membranaceo saec. IX eiusdem bibliothecae Sangallensis (D 476) etiamnunc extantia. ea scholiis *P* in maximis minimis tam similia sunt, ut ex eodem fonte utraque de-

ducta esse apertum sit. id quod vel inde constat, quod in utroque codice nulla scholia extant ad VII 129—158, in communi archetypo casu aliquo intercepta, et II 99 adnotatum est *subnotatio huius retro scripta est ubi palma.* scilicet scholion de Othone in codice Sangallensi et in *P* non suo loco positum v. 90, ubi in archetypo invenerant librarii, nota in archetypo ad indicandum errorem apposita ab utroque librario servata est. scholiorum igitur, quae quamquam attrita atque depravata haud pauca grammatici eruditi vestigia servant — originem eorum satis certis argumentis ad saeculi quarti finem referre licet — aliquanto melior condicio est, si critica subsidia spectes, quam ipsius poetae. postquam ea ex suo codice Petrus Pithoeus a. 1585, Andr. Guil. Cramerus adhibito codice Sangallensi a. 1823 edidit, plurima felicissime emendavit Lud. Schopenus in editione Heinrichiana ab ipso a. 1839 curata, denique accuratius excusso codice Pithoeano et denuo consulto apographo Sangallensi ipse a. 1851 ita recensui, ut ea quae Valla tradidit a ceteris segregarem.

ab ea Iuvenalis recensione, cuius locuples testis solus hodie *P* superest, in gravioribus levioribusque per omnes saturas diversam exhibent codices per plurimas bibliothecas ingenti numero dispersi, quantum quidem constat, ceteri omnes. nisi quod in quibusdam, inter quos referendi Parisienses 7900 saec. IX, 8071 saec. X, Vaticanus Vrbinas 661, Vindobonensis 111 saec. X, vestigia magis minusve frequentia codicis alicuius Pithoeano similis ad emendandam scripturam adhibiti apparent. verum haec exempla, nullo modo mirabilia, rara sunt prae eorum codicum multitudine, qui alteram verborum recensionem intactam servarunt. inter quos duo codices bibliothecarum Mediceae (34, 42) et Leidensis (82), uterque saeculi XI, subnotationem alter in fine quintae, sextae saturae alter exhibent

Legi ego Niceus Romae apud Servium magistrum et emendavi.

quod si de celeberrimo grammatico, Vergilii interprete Servio cogitare licet, quinto saeculo haec poetae recensio adscribenda est, certe grammatici, qui Iuvenalis locis pro testimonio utuntur, plerumque hanc sive Nicaeanam sive Servianam, neque

vero in codice *P* traditam recensionem sequi solent. ceterum etiam cum huius generis codicibus scholiorum satis ampla collectio coniuncta esse solet, nullo cognationis gradu altera illa scholia contingens et ab omni grammatica doctrina antiquitatisque cognitione remota, inter quae et Cornuti anceps nomen iactatur et Heirici magistri, qui in corruptis graecis restituendis (IX 37) frustra desudaverit, auctoritas appellatur. quae scholia qualia sint ex speciminibus, quae post Cramerum Schopenus in programmate Bonnensi a. 1847, C. F. Hermannus in schediasmate de scholiorum ad Iuvenalem genere deteriore (Gott. 1849), Gigchius in apparatu critico ad Iuvenalem (Lugd. B. 1849) et in tribus capitibus Iuvenalem eiusque scholiastas spectantibus (Lugd. B. 1850) proposuerunt, satis perspici potest.

harum recensionum eam rationem esse, ut quam *PS* repraesentant integra habenda sit et purior ea, quam ceteri codices plerique omnes (ω) aut multi exhibent interpolatam et depravatam, postquam in editione a me a. 1851 curata *PS* testimonia quantum fieri potuit plena, ceterorum codicum ex magno numero selectorum, quantum satis fuit, proposita sunt, Car. Fr. Hermannus duabus disputationibus, quas de codicibus Iuvenalis recte aestimandis (Gott. 1847) et vindicias Iuvenalianas (Gott. 1854) inscripsit, et in praefatione editionis (a. 1854) accuratius demonstravit. itaque rem apertam exemplis illustrare supersedeo, quoniam selectis exemplis nihil nisi *PS* testium praestantia probatur, id quod caput est, eam recensionem e puro fonte ductam itaque comparatam esse, ut etiam in incertis et dubiis contra interpolatos libros sequenda sit, quaestione demum per totum librum diligenter instituta patefieri potest. quod non vereor, ne quis in arte critica paulum versatus ita interpretetur, quasi in *PS* omnia recte, in ω omnia prave scripta extent. etenim neque is liber, unde *PS* originem ceperunt, a vitiis immunis fuit, neque qui inde descripserunt non multa neglegentia peccarunt. contra in eo exemplo, quod Nicaeus cum Servio interpolavit, fieri non potuit, quin multa ita ut a poeta scripta erant servata, integra a librariis transscriberentur. quare non mirandum est, si haud uno loco in ω casu

recte scriptum extat quod in *PS* casu depravatum est. itaque in arte critica exercenda etiam tum, cum tam aperta interpolatio grassata est et codicum indoles atque cognatio tam certis argumentis deprehendi potest, quam in Iuvenalis saturis palam est, neque casus neglegendus est neque ratio seponenda. equidem recensionem olim a me institutam diligenter recognovi et ubicumque fieri potuit emendavi. multum abesse, quin ubique vera poetae manus restituta sit, et gravissima vulnera tecta neque sanata iacere nullo modo negaverim. in varia lectione subnotanda ita versatus sum, ut constet, quid contra *PS* et qua auctoritate mutatum sit. horum igitur varias lectiones, si ab orthographicis quibusdam et vulgaribus librariorum erroribus discesseris, satis accurate rettuli. talia enim suo quidem loco quam accuratissime exhibenda, quo de tradita lectione certo constet et ad quamcumque quaestionem instituendam materia parata sit, sed non semper repetenda esse duco. interpolatae recensionis integram speciem repraesentare nolui, suo loco specimina quaedam apposuisse contentus.

longe incertior quam de verbis restituendis quaestio de versibus spuriis oritur. et illatos esse in Iuvenalis saturas versus ab ipso non scriptos omnes iam consentiunt, verum ubi ad singulos versus aestimandos ventum est, dissentiunt plerumque. sane anceps de talibus iudicium est, praesertim in eo poeta, qui certum ordinem et accuratam disponendi rationem contemnit et ea, quae propria romanae saturae est, libertate sermonem familiarem grata neglegentia fundendi vel ingrata neglegentia abutitur; tum ex rhetorica disciplina loquax, ubi opportunum locum nactus esse sibi videtur, finem accumulandi non invenit; denique qui sententias captat. non mirum igitur, si de quibusdam locis quotiescumque accedimus diversam sententiam ferimus. qua re factum est, ut iam paulo severius quam antea versus insiticios circumscriberem. quamquam volui equidem nihil umquam ideo damnare, quod libenter careas, quod poetae iudicium et sensum qui talia addiderit vituperandum censeas, sed ea tantum spuria iudicavi, quae a poeta, modo recte cogitaverit, nullo modo scribi posse putavi.

longe ulterius in hac via progressus est Otto Ribbeckius, qui cum saturas X XII XIII XIV XV XVI Iuvenali abiudicaret, ut a declamatore aliquo Iuvenalem imitante conscriptas, postquam permulta ex reliquis saturis seclusit, quae restant, veram Iuvenalis imaginem, quam nescio unde ductam animo sibi informavit, aliquo modo repraesentare censuit. aliquo modo dico, quoniam haud pauca vel in Iuvenale decurtato leguntur, quae non minus displiceant quam eorum quae eiecta sunt bona pars, quaeque deleturus fuit, si quid intellego, Ribbeckius, modo id pari facilitate effici potuisset. neque mihi certe Ribbeckius libro, quem inscripsit *der echte und der unechte Iuvenal* (a. 1865), quo exemplum in editione a. 1859 propositum doctrina et acumine approbare studuit, ullo modo persuasit, neque vetusti libri, quem iocatus appellat, vel docti amici, qui postquam paucis diebus unam alteramque saturam perlegit, omnia iam delendo et transponendo pulchre composita esse clamavit, quamvis gravi auctoritate moveri me passus sum. nam ne alterum quidem transponendi artificium, in quo multus est Ribbeckius, rem satis promovit. dubia acute movisse Ribbeckium agnosco, sed remedium quo utitur vel ideo displicet, quod omni probabilitate caret. quamquam enim in rerum natura haud raro vere fieri videas, quae narratu non probabilia sint, tamen in omni arte, quando raro evenit ut quid verum sit certis argumentis evincas, omni modo adnitendum est ut probabilitate persuadeas. quam nisi assecutus fueris, qui tandem verum a te inventum esse ut credatur postulabis? difficillimam de versibus insiticiis quaestionem ne Sigm. Guil. Teuffelium quidem promovisse puto. qui cum de quibusdam locis propter repetitiones molestis ita iudicaret, ut duplicis ab ipso poeta institutae recensionis vestigia agnosceret, potius quid a poeta non repetitum esse optaret declarasse, quam quid poeta fecerit probasse mihi videtur.

Sulpiciae saturam in codice monasterii Bobiensis a. 1493 inventam inde abstulit Georgius Merula Alexandrinus teste Raphaele Volaterrano comm. urb. IV fol. 56 ed. Rom. a. 1506. qui cum inter libros Bobii repertos nominet *heroicum Sulpitii*

carmen LXX, recte Peyronus (de bibl. Bob. ante Cic. or. fragm. p. XX) Sulpiciam intellexit. addere poterat numerum LXX non epigrammata sed Sulpiciae versus significare. inde primum edita est in libro a Wernsdorfio (poet. lat. min. V p. 1457) commemorato *Publii Gregorii Tiferni opuscula quaedam. Ioviani Pontani nenia et epigrammata. Francisci Octavii elegiarum libellus et epistolae. Sulpiciae carmina LXX. Venetiis per Bernardinum Venetum a.* 1498. equidem huius libri Argentorati a. 1509 repetita et Cornelii Galli atque Pomponii Gaurici elegiis aucta editione usus sum, in qua Sulpiciae praescriptum est *Sulpitiae carmina, quae fuit Domitiani temporibus, nuper a Georgio Merula Alexandrino cum aliis opusculis reperta* (*M*). e codice ipso aut ex apographo eius cum Ausonii carminibus edidit Thadaeus Vgoletus Parmae 1499. Venetiis 1501 (*V*). Ausonii catalogum nobilium urbium excipit titulus *Sulpitia incipit. queritur de statu reipu. et temporibus Domitiani.* in fine subscriptum est *finiunt sulpitiae dicta. Epigrammata Ausonii quae feruntur emanasse e bibliotheca Georgii Alexandrini viri de lingua latina bene meriti* (XXIV numero). inde in quibusdam Ausonii editionibus locum tenuit, inter quas Aldinam a. 1517, Tornaesianam a. 1558, Ios. Scaligeri a. 1575, El. Vineti a. 1580 1604 nomino. tum inter carmina Petronio addita a Iano Dousa potissimum schediasmate a. 1587 edito tractata est. porro in Vergilianam appendicem Ios. Scaliger a. 1572, inter epigrammata vetera Pet. Pithoeus a. 1590 recepit, poetis latinis minoribus Burmannus a. 1731, Wernsdorfius a. 1782 inseruerunt, poetis satyricis minoribus M. Z. Boxhornius a. 1633. Iuvenali et Persio primus adiecit P. Pithoeus a. 1585. cum Chr. Gottl. Schwarzii commentario edidit a. 1819 Ioa. Gurlittus. omnis lectionis fides in carmine foede corrupto et media parte quantum video mutilato — neque enim sententiae apte cohaerent neque fabellam, quam se narraturam esse Sulpicia promisit, invenio — penes *MV* est, quarum lectiones non multum inter se discrepantes omnes adscripsi.

Tvrni qui olim cum Sulpicia edebantur versus a Ioa. Lud. Guezio Balzacio conscriptos esse constat. nam cum 30 versus

ludendi causa tamquam ex antiquo codice descriptos protulisset (*entretiens* IV 4), hi mutati atque aliis aucti, tamquam maioris operis fragmentum, inter eius carmina editi sunt (III p. 194 ed. a. 1650).

dabam Bonnae mense Iunio a. 1868.

FRANCISCI BVECHELERI ADDITAMENTA

Iahnianam editionem, quoniam nulla empturis exemplaria supererant, bibliopolae hortatu sic retractavi, ut auctorem ipsum, si viveret, iam retractaturum fore putabam. cum enim maneant posita ab illo fundamenta artis nec moveri possint, tamen refici opus multis partibus decuit minutatim addendo demendo commutando. qua in re siquis aut plus etiam quam mihi sumpserim iuris fuisse correctori dicat aut minus, non nimis repugno. verum satis habeo si Iahnii merita ostentans nihil derogavi de virtute atque utilitate editionis prioris.

Persii codicem *B*, quem denuo inspici Iahnius desiderarat, in tabulario basilicae Vaticanae signatum 36 H membranaceum saeculi fortasse noni Iohannes Henricus Wheeler Massachusettensis, doctor Bonnensis, anno 1879 dum in Italia peregrinatur, benevolo erga nos animo diligenter contulit. cuius ex labore cum alium fructum cepi, tum de Sabini recensione eiusque apographis quae supra scripta sunt liquido confirmari didici. codicem Persii ac Iuvenalis *P* impensa cura denuo contulit Rudolfus Beer Vindobonensis eaque conlatio quanto emolumento esset ostendit in spicilegio Iuvenaliano (Lipsiae 1885). Persianae lectionis discrepantiam ibi edidit p. 18 s., ad Iuvenalem quae pertineret conlectam ex schedis suis et accommodatam nostrae rationi, qui orthographica et volgaria menda subnotare cuncta noluimus, officiose ac liberaliter mihi obtulit. de *P* igitur quae Iahnii testimoniis adiecta sunt aut detracta, Beerio accepta refero.

Iuvenalis antiquissimam recensionem unus totam repraesentat *P*, partem eius etiam paginae Aroviae inventae ab Iohanne Wirzio enarrataeque in Herme XV p. 437 ss. quae cum prosint ad legendum et excutiendum *P*, propria dote nulla commendantur, et florilegium Sangallense editum a Christophoro Stephano in museo rhenano XL p. 263 ss. ex quo memorabilem unius versus (VIII 148) emendationem ascivi. e deterioribus libris Vindobonensem 107 (phil. 128) saeculi noni vel decimi accuratissime conlatum habui ab Alfredo Holdero amico. Bobiensis palimpsesti reliquias Vaticanas denuo a Gustavo Loewio exscriptas proposuit Goetzius (Iuvenalis et Persii fragm. Bob. Ienae 1884). praeter Nicaeanam recensionem alia et ignotior patefacta est indicio codicis Parisiensis 9345 saec. XI in fine sextae saturae haec exhibentis *decem iuvenalis explicit lib. secundus incipit lib. III legente Aepicarpio scrinbentis Exuperantio servo* (Keller in Fleckeiseni annali 1885 p. 576). deteriorum in numero hoc exemplar reponitur, tamen neque ipsum quale sit neque omnino Servianae recensionis forma adhuc satis explorata aut descripta est.

instrumentum necessarium ne deesset, scholia antiqua Persii et Iuvenalis versibus adiunxi. eorum pauca origine paene aequalia sunt ipsis poetis, plurima post Constantinum scripta et rescripta et conversa et accumulata usque ad Carolingos descendunt. recensionem scholiorum sic ut fieri aliquando oportet exactam ad variorum auctorum codicumque indolem ac fortunas minime adfectavi neque officii mei esse duxi. immo vero quia carminum gratia scholia edebam, scholiastas autem parvi faciebam, cavebamque ne confertis nugis aut deliramentis malum magnum etiam maius redderem, ad Pithoei exemplum hanc libertatem usurpavi ut abicerem quae molesta insulsa nullius usus viderentur esse, integrum relinquerem quidquid inest eruditionis antiquae, denique media illa quae ad hos quidem poetas nihil sed ad sermonis rerumque posteriorum et grammaticorum Byzantinorum vel barbarorum intelligentiam aliquantum conducunt, omitterem aut adsumerem ex commodo. Persii scholia emendare complures nuper aggressi sunt quos memorat Antonius

Zingerleius in actis acad. Vindobon. 1880 p. 731. imprimis adhibui libellum de Monacensibus codicibus scriptum (Straubingii 1883) ab H. Lieblio, qui vir humanissimus operae nostrae ita favit ut vitam Persii descriptam e Monacensi 14498 saec. XI conlatamque cum Monacensi 23577 saec. XI sua sponte mitteret. ad Iuvenalis scholia Stephanus noster praesto mihi esse voluit conlationem Sangallensis 870 (antehac D 476) magna cum diligentia a se tum factam cum de Pithoeanis in Iuvenalem scholiis disseruit (Bonnae 1882). non pauca ab inconsiderata superiorum editorum mutatione vindicavi, non nihil ipse forsitan emendarim in transcursu.

de suppositis Iuvenali versibus quaestionem Iahnius difficillimam dixit suaeque aetatis moribus et Ribbeckii acumini hoc indulsit, ut non multos quidem, nimio tamen plures quam fas erat versus unco damnaret. ea de re meam sententiam aperui oratione habita de critica philologorum arte (Bonnae 1878) p. 25 s., alii uberius et de singulis disputarunt, ex quibus honoris causa nomino Iohannem Vahlenum (progr. Berolin. 1884). dubites licet de duobus quos *P* omisit, nullum nostri exemplaris versum idoneis argumentis demonstratum est non esse factum ab Iuvenale hoc qui saturas divolgare coepit senior post annum 100, desiit post 127. verum cum olim arbitrio elegantiaeque eorum obsisti oportuerit, qui Iuvenalem quod perperam interpretabantur aut gibberosum sic ut est et erat aspicere non sustinebant, ideo amputare et excidere cogitarant, nunc cum maxime tempus est adhortari illos, qui verbosas communesque defensiones componendo quasi cum ventis litigant nec quidquam adferunt quod lector saturarum ignorarit, nedum instructus ab Heinrichiis Madvicis Mayoribus existimator, ut reputent quanto graviora et fructuosiora non solum in ceteris litteris sed etiam in ipso Iuvenale nostri saeculi curae studiisque demandata sint, et ad horum aliquid peragendum ne minore accingantur industria.

Sulpiciae quae fertur saturam editam a Georgio Merula Alexandrino, quamquam verbis examinatis sententiisque ac nominibus mihi persuasi compositam esse ab aliquo Caecio incondite

balbeque iocato nec potuisse inesse in ullo codice vetusto, aliud igitur carmen fuisse id quod paulo ante repertum esse in Bobiensi narratur, tamen in hanc quoque editionem recepi, praesertim cum primus eam Iahnius recensuerit ex artis formula. editiones supra scriptis accesserunt Bootii (Amstelodami 1868) qui recte ab antiquitate poematium abiudicavit, et Baehrensii (Ienae 1873, poet. lat. min. V p. 91) qui tamquam ab scholastico infumae antiquitatis fictum refinxit.

dabam Bonnae mense Iunio a. 1886.

Novae editionis causa codicem *P* a bibliothecarum praefectis Montepessulanarum mihi liberaliter commodatum ipse diligenter contuli, itaque et errores corrigere non nullos et discrepantiam scripturae pleniorem proponere licuit. *subcinctus* et *succinctus* alterna talia expressa esse ex *P* scito.

in Persio *P* et *α* sic differre dixi musei rhen. XLI p. 454, ut illa recensio grammatica arte emendatas tutelaque custoditas saturas exhibeat, haec in qua Sabini nomen atque emendationis memoria remansit in quibusdam propius absit a vero. velut choliambos nemo negabit praestare reiectos in eum locum quo vita Persi narrata erat, quam praepositos primae saturae, vel V 84 in definitione libertatis gnari facile intellegent *ut libuit* rectius ferri quam *ut voluit*. in aliis eligendi optio ut Iahnius supra scripsit incerta datur, in aliis *α* praeter immane scripturae cacoethes etiam fucosa ac fallacia tradidit ut ostendit Ioh. Bieger (de Persii codice Pithoeano Berolini 1890). quocirca cum editionem libri ad hanc nunc legem formaverim, ut quoad res summa pateretur grammatici tutoris sequerer auctoritatem, potest ut de vero aliquid ipsa lege derogatum sit *α* posthabito ultra quam satis erat. exemplum do centurionis nomen V 190: bonum *Pulfennius* quod ex *P* edidi, sed melius fortasse quod in *α* est *Fulfennius* ut Tuscum ac magis etiam a Graecis alienum.

Iuvenalem tenemus a Nicaeo recensitum, cuius subscriptio primo libro subsignata in archetypo in *P* periit una cum commentariis antiquis scriptis in exordio libri secundi. locupletissi-

mus erat glossarum ac scholiorum copiis codex, ex quibus *S* et Probus Vallae et quem recentissimi vocant Cornutus manarunt omnes exarescente paulatim veteris ubertatis superurguente barbaricae garrulitatis flumine. ex illo *P* transcriptus est optime, ex eodem alterum non carminum sed vitiorum numero auctius exemplar illud quod *pω* secuntur, quod ad emendandum *P* cum olim fuit usui — tres autem minimum correctores scriptis a *P* saturis operam praebuerunt nono saeculo ac deinceps, suntque quae nullo modo discernas utrum princeps ipse an secundus scriba mutarit, nedum quotus corrector — tum nobis plane necessarium est. plurimos Iuvenalis codices ipse perlustravi aut ab aliis ita descriptos accepi ut potestas fieret iudicandi, sufficiunt exemplo quorum lectiones Car. Hosius collegit in apparatu critico (Bonnae 1888) et in museo rhen. XLVI p. 287 memoravit, cumque quod frater Pithoeani habuit peculium id Pithoeano paene totum indidisse correctores viderem, de *P* et *p* diligenter rettuli, ceteros omisi nisi ubi horum adiecta memoria declarari posse aut compleri putabam saturarum a Nicaeo ad Heiricum historiam. ceterum nisi novae chartae emerserint, hunc dilectum codicum ad Persium et Iuvenalem tantidem esse arbitror quasi omnis omnium discrepantia sit adnotata.

ad scholia Persii adhibui libellos interim editos ab E. Kurzio (Burgdorfi Helvetiorum 1888 et 1889). Iuvenalis scholiorum aliquot emendationes acceptas refero Guilelmo Schulz (Hermae XXIV p. 481). utriusque poetae corpus scholiorum idonea complexione absolutum adhuc desideratur. ceteros qui ad saturas has spectant libros ac libellos Lud. Friedlaender nuper percensuit (in annalibus a Bursiano institutis 1892 LXXII p. 166 ss.), quibus ut debui usus sum aut ut potui.

dabam Bonnae mense Martio a. 1893.

A. PERSII FLACCI

S A T V R A R V M

LIBER

α consentiens lectio codicum
A Montepessulani 212
B Vaticani
a et *b* codicis Montepessulani 212 et Vaticani manus altera
P codex Montepessulanus 125
p codicis Montepessulani 125 manus altera
ς codices alii

PERSII

SATVRARVM

LIBER

I

O curas hominum, o quantum est in rebus inane.
'quis leget haec?' min tu istud ais? nemo hercule. 'nemo?'
vel duo vel nemo. 'turpe et miserabile.' quare?
ne mihi Polydamas et Troiades Labeonem
praetulerint? nugae. non si quid turbida Roma
elevet, accedas examenve improbum in illa
castiges trutina, nec te quaesiveris extra.
nam Romae est quis non? ac si fas dicere — sed fas
tunc cum ad canitiem et nostrum istud vivere triste
aspexi ac nucibus facimus quaecumque relictis,
cum sapimus patruos; tunc tunc — ignoscite — 'nolo'.

I 1 inane. *ὅσον τὸ κενόν.* hunc versum de Lucili primo transtulit, et bene vitae vitia increpans ab admiratione incipit. 4 Labeo transtulit Iliadem et Odyssiam verbum ex verbo ridicule satis. eius est ille versus: 'crudum manduces Priamum Priamique pisinnos' [*Il.* 4, 35]. 6 examen est lingua vel linum, quod mediam hastam ad aequanda pondera tenet. 7 castigare est digito libram percutere, ut temperetur.

trutina foramen, intra quod linum vel lingua, de quo examinatio est. 10 catamiti quibus licenter utebantur antiqui, recedentes a turpi servitio nuces spargebant, ut significarent se puerilia cuncta spernere et in robur virile venire. 11 patrui severi sunt

I *praescriptum* Persii Flacci satyra inci(pit) α Thebaidorum Persi satura *P in quo praecedunt choliambi qui infra edentur* 4 *de Attio Labeone cf. museum rhen. 39 p. 289* (*adde titulum CIL. XIV 2405*) 6 examenque α*p* 7 quaesiuerit α 8 romae est α *P* (romaest *B*) est *om.* ς ac α *P*: at *uel* ah ς 9 Tunc *P*: Tum α 11 ignoscite, nolo *ex una persona alii*

quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno.
  scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber,
grande aliquid quod pulmo animae praelargus anhelet.
scilicet haec populo pexusque togaque recenti
et natalicia tandem cum sardonyche albus
sede leges celsa, liquido cum plasmate guttur
mobile conlueris, patranti fractus ocello.
tunc neque more probo videas nec voce serena
ingentis trepidare Titos, cum carmina lumbum
intrant et tremulo scalpuntur ubi intima versu.
tun, vetule, auriculis alienis colligis escas?
auriculis quibus et dicas cute perditus 'ohe'?
'quo didicisse, nisi hoc fermentum et quae semel intus
innata est rupto iecore exierit caprificus?
en pallor seniumque.' o mores, usque adeone

circa fratrum filios. sic Cicero [*pro Caelio* 25] 'obiurgavit Caelium ut quidam patruus censor'. 12 secundum physicos dicit, qui dicunt homines splene ridere, felle irasci, iecore amare, corde sapere. cachinno nomen est et verbum. cachinnus est risus lascivior cum voce. quem Graeci μῶρον γελῶντα dicunt.

15 pexus pectinatus vel tonsus. barbitondium est tonsurae genus quo iuvenes tondentur, unde sic tonsi pexibarbi vocantur.

16 ambiguitas in natalicia, utrum eam natali suo acceperit munere, an tantum eo die gerere soleat, quia quidam habent anulos quos die tantum natali gerunt. albus aut festiva veste indutus aut cogitandi pallore confectus. 17 plasma est potio qua utuntur musici et qui vocis affectant habere dulcedinem, solet enim vocem bene sonantem facere. 18 patratio est rei veneriae consummatio. 20 ingentes Titos dicit Romanos senatores aut a Tito Tatio rege Sabinorum aut certe a membri virilis magnitudine dicti titi. Titos scholasticos, quod sint vagi neque uno magistro contenti et in libidinem proni, sicut aves quibus comparantur, nam titi columbae sunt agrestes. 23 cute perditus, ut vitium quod intrinsecus habes, etiam in cute appareat. 24 sicut fermentum massam rumpit et caprificus saxa, ita ingenium pectus. fermentum intra modium plus una hora non potest contineri. crescit caprificus ex lateribus, in quibus est concepta. est hic schema ἀνθυ-

12 petulantis plenae *P* 14 quod *P*: quo *α* 15 pexus *sine* que *α* 17 leges ς: legens *αP Porphyrio Hor. sat. II 2, 21* 18 fraetus *α* 19 Tunc *P*: Hic *αp* 20 Ingentes *p* 22 Tunc *α* 23 Articulis *Maduicus* perditosoae *α* 24 fermentatum *p*

scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?
'at pulchrum est digito monstrari et dicier "hic est";
ten cirratorum centum dictata fuisse
pro nihilo pendes?' ecce inter pocula quaerunt
Romulidae saturi, quid dia poemata narrent.
hic aliquis cui circum umeros hyacinthina laena est,
rancidulum quiddam balba de nare locutus
Phyllidas, Hypsipylas, vatum et plorabile siquid,
eliquat ac tenero subplantat verba palato.

ποφορὰ καὶ παρὰ προσδοκίαν, quia per suam transit in illius poetae vocem quem corripiebat, nec tamen recessit a sua persona.

27 haec periodus apud Lucilium posita est: 'ut me scire volo dici, mihi consciu si sum, ne damnum faciam.' 28 hic requiritur historia Demosthenis, qui cum transiret et a mercennario tabernariae digito monstraretur, fertur laetatus esse quod ab ignobilibus sciretur. 29 cirratis, capillatis pueris. cirrati sunt scholastici vel catamiti, cirri enim dicuntur capilli, et illi crines habebant in honorem Veneris quos statuto tempore praemetebant.

32 hic. facta in conviviis poematum mentione dicit aliquis locuples amatorios versus putida voce, ut videatur emitti per nares.

34 Phyllis regina Thracum fuit. haec Demophontem Thesei filium, regem Atheniensium redeuntem de Troiano proelio dilexit et in coniugium suum rogavit. ille autem ait ante se ordinaturum rem suam et sic ad eius nuptias reversurum. profectus itaque cum tardaret, Phyllis amoris impatientia, quod se spretam credebat, laqueo vitam finivit et conversa est in arborem amygdalum sine foliis. post reversus Demophon cognita re amplexus est truncum, qui velut sponsi sentiret adventum, folia emisit. unde etiam phylla dicta sunt a Phyllide, nam antea petala dicebantur. Hypsipyle una ex Lemniadibus fuit, Liberi patris neptis Thoantis filia. postquam eam factis duobus filiis apud Lemnon Iason deseruit, qui eo tempore cum Argonautis venerat, nec ad eam rediit ex Colchis, comperto postea illum ad suam patriam remeasse et se neglectam, ingratum eius amorem diu secum flevit. his itaque si quid simile carminibus suis poetae defleverunt, ita sine vocis asperitate pronuntiant, ut audientium aures emolliant. 35 supplantat, immu-

27 Sicire tuum α 28 Ad α Sed bonum est *Priscianus GLK. III p. 226 et 342* 30 pendes *P*: pendas α 31 satyri *P* satuli α quis α narret α 32 circum *P cf. u.* 117: circa α yacintina *P* 34 uanum *P* (n *in rasura*): uatum *etiam Priscianus p. 398 et Eutyches GLK. V p. 480* (*hic* uatum aut) prorabile α siquis *P*

adsensere viri: nunc non cinis ille poetae
felix? non levior cippus nunc inprimit ossa?
laudant convivae: nunc non e manibus illis,
nunc non e tumulo fortunataque favilla
nascentur violae? 'rides' ait 'et nimis uncis
naribus indulges. an erit qui velle recuset
os populi meruisse et cedro digna locutus
linquere nec scombros metuentia carmina nec tus?'
  quisquis es, o modo quem ex adverso dicere feci,
non ego cum scribo, si forte quid aptius exit,
quando hoc rara avis est, si quid tamen aptius exit,
laudari metuam, neque enim mihi cornea fibra est.
sed recti finemque extremumque esse recuso
'euge' tuum et 'belle'. nam 'belle' hoc excute totum:
quid non intus habet? non hic est Ilias Atti
ebria veratro? non siqua elegidia crudi

tatis accentibus curtat. 36 cinis felix est, quotiens de mortuis bene loquimur. veteres dixerunt praegravari corpora eorum qui corpori tantum studentes nihil memorabile reliquerunt. 37 proprie cippus est lapis sepulchri. 39 tumulus dicitur terrae aggestio, ubi nulla memoria est. 42 mos apud veteres erat, ut chartae in quibus nobilia carmina scribebantur, oleo cedrino inungerentur, quod et diu durabiles faceret et a tineis conservaret. alii dicunt cedrum genus ligni esse quod dignum bibliotheca habebatur.

43 quae carmina nullum periculum habeant apud salsamentarios et turarios. scombri dicuntur pisces de quibus fit optimum garum. 45 scribo praesentis est, exit similiter, unde posteriorem syllabam non dubito Persium doctissimum hominem dixisse correpte, quamvis quidam producant eam et verbum praeteriti temporis faciant. 46 translatio est a phoenice. proverbialiter raram avem, eam quam post longum tempus videmus.

48 hoc dicit: laudem quidem amo, non falsam, sed quae ad finem extremum recti, ad veritatem intendat. 49 euge et belle. hoc enim dici solet Accio Labeoni. excute. translatio a vestimento pleno sentibus vel quibuscumque corpusculis, quod cum excussum fuerit, quicquid habet absconditum, proicit. 51 elleborum graece, latine veratrum, quod datur insanientibus, ut ad

36 illi α 39 et α 40 ast α 42 Hos α 44 dicere fas est α 45 conscribo α exsit α 46 47 *inuerso ordine* α 46 haec ς exsit α 47 mihi *om.* α 51 sique legidia α *medias* a e *P in ras.*

dictarunt proceres? non quidquid denique lectis
scribitur in citreis? calidum scis ponere sumen,
scis comitem horridulum trita donare lacerna,
et 'verum' inquis 'amo, verum mihi dicite de me'.
qui pote? vis dicam? nugaris, cum tibi, calve,
pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet.
o Iane, a tergo quem nulla ciconia pinsit,
nec manus auriculas imitari mobilis albas,
nec linguae quantum sitiat canis Apula tantae.
vos, o patricius sanguis, quos vivere fas est
occipiti caeco, posticae occurrite sannae.

pristinam sanitatem redire possint. ebriam dixit, quod versus non stent, aut quod propter ingenium elleborum biberit et quamquam ebrius eodem tamen nihil profecerit et elleboro sumpto saepius perduci non possit ad sanitatem. 53 citrum Romanis antea pretiosum notabatur et auro comparandum. senatorum quidam habebant spondas citreas cera illitas, in quibus scribebant carmina quae nocte cogitabant. belle igitur et euge contigisse saepe locupletibus dicit, qui crudi super lectulos citreos iacentes male scribunt oscitantes vel delicatę ac sine cura. 54 scis birrum attritum comiti condonare. lacerna pallium fimbriatum quo olim soli milites velabantur, paenula autem est pallium cum fimbriis longis. 56 tractus sensus ex graeco versu, quo significatur ex ventre crasso tenuem sensum non nasci [*γαστὴρ παχεῖα λεπτὸν οὐ τίκτει νόον, Nauck trag. fr. p.* XV^2]. 58 Ianus dicitur bifrons esse, qui nec poterit derideri nec ei a tergo sanna fieri. ciconia dixit, quia manus solent formare inrisores unitate (collatis digitis ait) ad inferiorem partem inclinata ad similitudinem ciconini rostri. pinsit, assidue percussit, dictum a pistoribus. 59 id faciunt apposito temporibus pollice imitantes aures asini aliis digitis quasi sannam facientes. albas dicit per synecdochen. est enim interior pars aurium alba. ut populum quoque dicimus albam, quod utique folia eius alba sunt una parte, alia parte viridia. 60 tria sunt genera sannarum, ut manu significet ciconiam aut auriculas asini aut linguam canis. 61 antiqui ita fores templorum vel aedium dixerunt anticas et posticas. posticae ergo sannae, quae fit a posteriori parte. posticum dicunt quidam Persium non bene fecisse quod paenultimam produxit. sanna dicitur os distortum

53 cereis *α* 54 trito *α* laconna *α* 57 propenso *P*: protenso *α* protento *Priscianus p. 251* 58 uel pinxit *p* pincsit *α* '*ambiguum* pisat *an* pisit *legendum sit' Diomedes GLK. I p. 373*
59 imitata est *αp* 61 ius est *P*

quis populi sermo est? quis enim nisi carmina molli
nunc demum numero fluere, ut per leve severos
effundat iunctura ungues? 'scit tendere versum
non secus ac si oculo rubricam derigat uno.
sive opus in mores, in luxum, in prandia regum
dicere, res grandes nostro dat Musa poetae.'
ecce modo heroas sensus adferre videmus
nugari solitos graece, nec ponere lucum
artifices nec rus saturum laudare, ubi corbes
et focus et porci et fumosa Palilia faeno,
unde Remus sulcoque terens dentalia, Quinti,
cum trepida ante boves dictatorem induit uxor

cum vultu, quod facimus cum alios deridemus. inde sanniones dicti qui non rectum vultum habeant. 65 ungues tractum est a marmorariis, qui quotiens volunt bene coaptatam iuncturam marmoris approbare, ungue experiuntur. 66 rubricam tractum a fabris, qui quotiens volunt rectitudinem lineae comprobare, retortis in unam partem ambobus oculis lineam factam inspiciunt, ob hoc scilicet, ne per oculorum divisionem iudicii veritas confundatur. 67 in mores, nam comoediae mores hominum exprimunt conversationemque. in luxum, id est satiram quae invectionem hominum continet. in prandia regum, id est tragoedias quae cenarum facinorosarum continent descriptionem, sicut Thyestes. 72 Palilia dicit diem sacrum in honorem Palis deae pastoriciae cognominatum, quo die positis in foco manipulis faeni ludibundi rustici saliebant, qui expiare se hoc sacrificio credebant: ideo fumosa dixit.

aliter. si Palilia dicit, diem dicit sacrum in honorem Iliae, quae peperit Remum et Romulum, quorum mentionem sacrificiorum Cicero in Philippicis [14, 14] commemorat. Palilia quae nunc Parilia mutatis litteris dicimus. vel quod dies quo condita est Roma accensis manipulis, accenso faeno colatur. aut Palilia dies festus Palis deae agrorum seu pastorum habitus a veteribus. Varro sic ait: 'Palilia tam privata quam publica sunt, et est genus hilaritatis et lusus apud rusticos, ut congestis cum faeno stipulis ignem magnum transiliant, quod Pali faciunt eam se expiare credentes'.

74 Quintius Cincinnatus cum suum agrum araret et sereret, dictatura ei a populo Romano delata est. qui contra Samnites profectus victor extitit. qui a serendo nominatus est Serranus.

69 heroos *ς* docemus *P* uel uidemus *p* 73 dentialia *P* dentilia *p* 74 Cum *P*: Quem *α p* dictatorem *α et ut uidetur P*: dictaturam *p*

et tua aratra domum lictor tulit. ‘euge poeta:
est nunc Brisaei quem venosus liber Acci,
sunt quos Pacuviusque et verrucosa moretur
Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta?’
hos pueris monitus patres infundere lippos
cum videas, quaerisne unde haec sartago loquendi
venerit in linguas, unde istud dedecus in quo
trossulus exultat tibi per subsellia levis?

76 Brisaeum Accium ideo dixit, quia poetae in Liberi patris tutela esse noscuntur. est autem Brisaeus Liber pater cognominatus, ut quibusdam videtur, a mellis usu, eo quod ipse primus invenisse dicatur mel ex favis exprimere (brisin iucundum dicimus, unde etiam quidam Briseida existimant dictam, quod Achilli iucunda fuerit). ut aliis videtur, ab uva, quia uvam invenerit et expresserit pedibus (brisare enim dicitur exprimere). vel ex nomine nymphae quae eum nutrisse dicitur. vel ideo quia barbatus colitur. 77 Antiopa, Nyctei regis filia, ab Epapho per dolum stuprata, ob hoc a viro suo Lyco spreta est. hanc relictam Iuppiter conversus in satyrum dicitur compressisse. iratus Lycus Dircen in matrimonium duxit, cui suspicio incidit virum suum cum Antiopa concumbere. itaque imperavit famulis, ut eam vinctam in tenebris clauderent. deinde evenit ut includeretur, et instante poena Antiopae Iuppiter pulchritudine seductus et ardore concubitus eam a vinculis liberavit et impraegnavit. ex quo concubitu in Cithaerone monte Zethum et Amphionem procreavit. qui educati a pastoribus, postquam mater Antiopa cognovit eos et eis rettulit, quomodo fuerit a Dirce tractata, Lycum interfecerunt et iniuriam Antiopae matris Dirces supplicio vindicaverunt. nam ob crudele servitium, quod ei fuerat a Dirce impositum, crudeli tauro illigatam in silvam dimiserunt. hinc fons ille appellatus est Dirces, qui Thebis vicinus est, quod ex ipso loco in quo ossa collecta sunt Dirces, emanat. Antiopam verrucosam Persius dixit, quae apud Dircen servitio oppressa in squalore fuit. sic [*Pacuvius*?] ‘illuvie corporis ét coma promissa impexa conglomerata atque horrida’. verrucae papulae eminentes. 80 sartago metaphora pro garrulitatis ardore et argutae sine sensu, qualis est strepitus sartaginis.

82 Trossulum oppidum fuit Etruriae non longe a Volsiniis. hoc equites Romani sine peditibus expugnaverunt Numio quodam duce. unde equites Romani trossuli dicti sunt. aut torosi adulescentes. trossulus id est brevis et compactae naturae. levis,

76 accii *P* 81 istut *P* istud *p*: istuc *α*

nilne pudet capiti non posse pericula cano
pellere, quin tepidum hoc optes audire 'decenter'?
'fur es' ait Pedio. Pedius quid? crimina rasis
librat in antithetis, doctas posuisse figuras
laudatur, 'bellum hoc'. hoc bellum? an, Romule, ceves?
men moveat? quippe et cantet si naufragus, assem
protulerim? cantas, cum fracta te in trabe pictum
ex umero portes? verum nec nocte paratum
plorabit, qui me volet incurvasse querella.
'sed numeris decor est et iunctura addita crudis.
claudere sic versum didicit "Berecyntius Attis"
et "qui caeruleum dirimebat Nerea delphin",

ephebus sine pilis. 85 Pedius quidam illo tempore damnatus est pecuniarum repetundarum. cui cum obiectum esset latrocinium, non se fortiter respondendo purgavit, sed ex compositione versuum favorem quaerebat, figuris dictionum serviens, securus criminum diversorum. 86 antitheta sunt haec: 'fortia neglecti velabant colla capilli: et per neglectos velabant colla capillos', 'aut quotiens umbra porrexi brachia mota: aut quotiens umbra reduxi brachia mota'. anthitheta dicuntur contrariae figurae, ut 'semper egentes, multos autem locupletantes' [2 *Corinth.* 6, 10]. dicuntur etiam antitheta, quae contra se ponuntur ut 'hac parte pudor pugnat, illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc stuprum' [*Cicero Catil.* 2, 25]. 87 ceves molles et obscaenos clunium motus significat. an tu, Romane, vir non es? 89 apud veteres passi naufragia tabulam, qua fuerant liberati, pingebant, ne omnibus cladem suam mendicantes cogerentur narrare. 90 verum nomen pro adverbio vere. 92 obiectio: sed vide quia versus nisi levigatus sit, pro nihilo est. quemadmodum cibus semicrudus interficit, sic et versus semicrudus lacerat mentem. sarcasmos. 93 hi versus exempli causa ponuntur. non sunt autem Persii, sed poetae nescio cuius graecissantis, qui cum mare describeret, ita dixit delphin in extremitate versuum. 94 Arionem dicit citharoedum, qui cum captus esset a piratis et vellent eum mittere in mare, impetravit ut cithara caneret. venientes autem delphines proiecit

85 rosis *α* 86 doctus *Scaliger* 87 Laudatu *cum* r *in fine super adiecta P* Laudatis *α* Laudatus *scheda Bobiensis* bellum hoc bellum *α* ciues *p* '*tempore futuro* ceues' *Probi cath. GLK. IV p. 37,* ceuis *GLK. VI p. 489* 88 moneat *α* 90 portes *P,* e *in ras.,* uel a *superscripsit p* 91 querellas *scheda Bob.* 92 cruris *α* 93 Cludere *α* si *α* dedicit *α* didici *Pprimum* bene cynthius *Ppr.* 94 delphi *α*

sic “costam longo subduximus Appennino”.’
‘arma virum’ — nonne hoc spumosum et cortice pingui,
ut ramale vetus vegrandi subere coctum?
‘quidnam igitur tenerum et laxa cervice legendum?
“torva Mimalloneis implerunt cornua bombis,
et raptum vitulo caput ablatura superbo
Bassaris et lyncem Maenas flexura corymbis
euhion ingeminat, reparabilis adsonat echo”.’
haec fierent, si testiculi vena ulla paterni

se in mare et susceptus ab illis ad litus usque perductus est.

sic robur latinae eviravimus linguae intermiscendo graecas glossulas. 95 omnia heroicorum carmina ita fere sunt composita, ut proximus pes ab ultimo dactylus sit, exceptis admodum paucis quos spondiazontas appellant, ut apud Cornelium Severum ‘pinea frondosi coma murmurat Appennini’. longum Appenninum, non quod a supero mari ad inferum extenditur, sed quod duobus spondeis terminetur. 96 nonne, inquit, in hoc est laudandus Virgilius, quod ita inchoaverit: arma virumque cano. 99 mimallones ministrae Liberi patris dictae ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι, quod imitarentur furorem Liberi [*scholion Callimacheum fr. 401*].

hi versus Neronis sunt. Calandrus Illyricorum rex ad Macedoniam cum exercitu venit. illi cum magnam partem exercitus non haberent, plurimas mulieres cothurnis et thyrsis in modum baccharum ornaverunt. illi credentes exercitum adventare discesserunt. dicuntur et bombisonae. bombus autem raucus sonus est tubarum nec valde acutus. Mimallo dicitur Bacchus. ipse Persius finxit hos versus in aliorum imitationem, quorum scripta sonum grandem habent, sensum nullum. 100 et raptum vitulo. Pentheum significat Agauae et Echionis filium, qui Liberum patrem negabat deum, quem mater Libero faciente sub imagine vituli trucidavit. 101 Bassarides omnes bacchae dictae sunt, sed et ipse Liber pater ab ea veste talari qua utitur, quam Thraces bassarin vocant. quidam a vulpibus, quarum pellibus bacchae succinguntur. vulpes Thraces bassares dicunt. lynx est animal Libero consecratum, quod currui eius subiungebatur. 103 haec fierent. quasi increpantis verba. id est, talia poemata a quo-

95 Sic *scheda Bob.*: Si *α P* 96 cortice *PA*: uertice *B* 97 uegrandi *Porphyrio Hor. sat. I 2, 129*: praegrandi *α P* 99 *hic uersus* Torua Mimalloniis inflatur tibia bombis *inter Vergilianos et Paconianos ut exemplum uersus teretis adfertur apud Diomedem p. 499* Toruam mallonis *α* Torba mimal- *P sed* i *ex corr.* 101 lyncẽ *P* licet *α* corimpis *α*

viveret in nobis? summa delumbe saliva
hoc natat in labris, et in udo est Maenas et Attis,
nec pluteum caedit, nec demorsos sapit unguis.
'sed quid opus teneras mordaci radere vero
auriculas? videsis ne maiorum tibi forte
limina frigescant, sonat hic de nare canina
littera.' per me equidem sint omnia protinus alba.
nil moror. euge omnes, omnes bene, mirae eritis res.
hoc iuvat? 'hic' inquis 'veto quisquam faxit oletum'.
pinge duos anguis, 'pueri, sacer est locus, extra
meite': discedo. secuit Lucilius urbem,
te Lupe, te Muci, et genuinum fregit in illis;

quam scriberentur, si quicquam in nobis virilitatis esset, vel si aliquam partem haberemus, qua patres esse possemus? alii tradunt, si non degenerassemus a nostris parentibus. 105 hoc proverbialiter dicitur, posita esse in udo, in lingua. et soluta sunt et nihil rigidi et astricti habentia. in udo, in palato. 106 quomodo potest sensatum esse carmen scribentis, cum ingenium levitas, non pondus sequatur? quod nec diu cogitatum est nec fricitum manu quaerentis aliquid mirificum afferre. aut ungues sursum indignatione rosi. nam qui cum cura scribunt, ita intenduntur animo ut pulpitum vel tabulam feriant, interdum ungues corrodunt. 108 cave ne denuntietur tibi potentum familiaritas, ut excludaris de domo eorum, cum vis vera dicere. limina frigescant, non calefacta frequentatione tua. vel frigus tibi afferant id est mortem. sis apud antiquos pro suis ponebatur, ut sos pro suos, sas pro suas detracta u littera. interdum sis pro si vis.

109 hic, in domo divitum. nam canes lacessiti sic hirriunt ut videantur r litteram minitabundi exprimere. 110 alba, sicut malum dicimus nigrum. unde Iuvenalis [3, 30] 'maneant qui nigrum in candida vertunt'. 112 faxit prisca consuetudine dixit pro faciat.

113 mos erat, ut tabernarii cupientes summovere pueros, ne mingerent super stationum suarum angulos, pingerent duos angues, deinde interdicerent micturientibus, ostendentes eis religionem loci.

115 genuinus proprie dicitur dens qui sub genis est. a Graecis σωφρονιστῆρες vocantur. ultimus molaris est, qui post vicesimum annum accrescit. urbem autem ideo dixit secuit, quia

104 summe α 105 aitis α 107 uerbo *P* 108 sis *om.* α 109 camaena α 110 abba α 111 maroré α omnes omnes ς: omnes α *P*. *distinxi post* bene 113 Pinguedo sanguis α exita α 114 Mei cedis seuit cedo lucilius α

omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
tangit et admissus circum praecordia ludit,
callidus excusso populum suspendere naso:
me muttire nefas? nec clam? nec cum scrobe? nusquam?
hic tamen infodiam. vidi, vidi ipse, libelle:
auriculas asini quis non habet? hoc ego opertum,
hoc ridere meum, tam nil, nulla tibi vendo
Iliade. audaci quicumque adflate Cratino
iratum Eupolidem praegrandi cum sene palles,
aspice et haec, si forte aliquid decoctius audis.
inde vaporata lector mihi ferveat aure,
non hic qui in crepidas Graiorum ludere gestit
sordidus et lusco qui possit dicere 'lusce'

tribus omnes XXXV laceravit, ex quibus urbs tota constat. 116 Horatius non ut Lucilius hominum vitia castigavit, sed ut rideret etiam is qui emendabatur. 118 excusso naso, emuncto, unde intelligitur prudenti, ut e contrario qui stulti sunt, mucosi dicuntur. 119 proverbialiter dicitur. dicimus 'muttum nullum' id est nullum emiseris verbum. Mida rex Lydiae fuit cognitor adhibitus a Marsya et Apolline decertantibus inter se; quorum audita cantilena praeposuit Marsyam. iratus Apollo damnavit eius stultitiam auribus asininis, quas cum ab omnium conspectu corona imposita prohiberet, dum tonderetur a suo liberto, metuens divulgari ei poenam imposuit. qui cum silentium intra se continere non posset, scrobem fecit et quod viderat intus narravit. in qua nata est canna ex qua fistulam fecerunt pastores, et cum cantare vellent, fistula verba tonsoris narrabat. 120 dicitur Neronem et Claudium tetigisse sub allegoria Midae. 121 Persius sic scripsit: auriculas asini Mida rex habet, sed Cornutus hoc mutavit ita ponens: auriculas asini quis non habet? veritus ne Nero in se dictum putaret. hoc carmen meum, quod latens est et obscurum, nullius momenti et ridiculosum et ineptum, quo rideo, quo delector, non tibi dabo, si mihi Iliada Labeonis aut Neronis Troicon tradas. scripsit enim Nero Troicon. 123 unicuique suum epitheton dedit. audacem Cratinum dicit, iratum Eupolidem, Aristophanem praegrandem, quia nullus eum poeta satirographus antecedit. et hoc dicit: qui afflatus es Cratino et palles legendo Aristophanem et Eupolidem, et mea carmina lege. 128 naturalia vitia

118 Collidus *α* 119 Men *pς* scribe *α* 121 Auricula *α* 123 afflante cradina *α* 124 eupoliden *P* 127 cratorum laudere *α* 128 es *α* possis *α*

seque aliquem credens, Italo quod honore supinus
fregerit heminas Arreti aedilis iniquas,
nec qui abaco numeros et secto in pulvere metas
scit risisse vafer, multum gaudere paratus,
si cynico barbam petulans nonaria vellat.
his mane edictum, post prandia Callirhoen do.

II

Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo,
qui tibi labentis apponet candidus annos.

sunt, ut sist homo luscus. qui sapiens est, naturale vitium non reprehendit. 129 nec mihi sit auditor, qui se putat honoratum quod meruit dignitatem aediliciam in aliquo oppido Italiae fracturus inaequales mensuras. 131 abacus dicitur mensa in qua geometrae designant loca vel mensuras. 132 ille stultus paratus gaudere, si viderit meretricis manum delicatam philosophi barbam tenentem. quod de Diogene cynico dicitur et Laide meretrice.

133 nonaria dicta est meretrix, quia apud veteres a nona hora prostabant, ne mane omissa exercitatione militari illo irent adulescentes. 134 in usu fuit, ut praetores edicta proponerent certis temporibus compellentia debitores satisfacere creditoribus.

dem illis cantandam tragoediam poetae cuiusdam indocti, qui Calliroen vel aliquam historiam pueriliter et indocte scripsit. vel ut alii dicunt, haec Calliroe nympha fuit quam Paris ante Helenae raptum habebat, quae deserta multum dicitur rupti amoris flevisse dulce consortium. hanc comoediam Asinius Celer scripsit pueriliter.

nolo me legant circulatores, qui mane edictum consulis vel imperatoris populo recitant, meridie levia carmina dicunt.

II 1 hanc satiram ad Plotium Macrinum de bona mente scribit, significatque eo die eiusdem Macrini natalem esse, quem diem laetitiae albo calculo more Cretensium iudicat assignandum, quod Cretenses definientes vitam ex laetitia constare dies laetos albo lapillo et tristes nigro indicabant, postea computo facto lapillorum videbant, quantos dies laetos in anno viderint, et eos se vixisse testificabantur. nam etiam in tumulo cuiusdam [*Similis apud Dionem Cass.* 69, 19] ita scribebatur: ‘vixit annos tot, duravit tot’.

129 Seque *P*: Sese *α* 130 areti *P* 131 qui in abato *α* in *om. α* 134 parandia *α* calliroen *P inter* r *et* o *erasa fortasse* h: calliroen do *om. α*

II ad Macrinum de uitae honestate *α* ad Plotium Macrinum de bona mente *P* 2 Quid *α* apponit *α*

funde merum genio. non tu prece poscis emaci,
quae nisi seductis nequeas committere divis.
at bona pars procerum tacita libabit acerra.
haut cuivis promptum est murmurque humilesque susurros
tollere de templis et aperto vivere voto.
'mens bona, fama, fides' haec clare et ut audiat hospes:
illa sibi introrsum et sub lingua murmurat 'o si
ebulliat patruus, praeclarum funus' et 'o si
sub rastro crepet argenti mihi seria dextro
Hercule. pupillumve utinam, quem proximus heres
inpello, expungam, nam et est scabiosus et acri

est autem hic sensus et in Horatio [*od.* 1, 36, 10]: 'Cressa ne careat pulchra dies nota.' alloquitur Macrinum, hominem sane eruditum et paterno se affectu diligentem, qui in domo Servilii didicerat, a quo agellum comparaverat indulto sibi pretio aliquanto. 3 non tu, inquit, ea poscis emaci prece, quae nisi secreto optari non possunt propter turpitudinem ipsius voti; sed illa scilicet aperte petis, quae bonae fidei sunt. et notandum prece numero singulari, ut Horatius [*od.* 1, 2, 26] 'prece qua fatigent virgines sacrae minus audientem'. 4 quia putant impia postulantes promissis votis deorum redimere voluntates. 5 acerra, patera in qua libatur. Vergilius [*Aen.* 5, 745] 'et plena supplex veneratur acerra'. aut acerra arca turis. tacita acerra autem ait pro ipsis tacitis, qui ideo palam non orant, ne iniqua eorum petitio audiatur. 10 hypallage. non praeclarum funus, sed quia praeclaram dat hereditatem. vel praeclarum funus si patruus ebulliat. ebullire autem proprie exspirare, metaphora sumpta a bulla, quae aliquo venti tenore sustentatur. quae bullae cum in aqua fiunt, cadentibus guttis rumpuntur et spiritum quo continentur emittunt. ex quo etiam proverbialiter dicitur 'homo bulla est'. 11 seria dolium fictile oblongum. 12 non utique cuius tutor sit, sed puerum adhuc intra pupillares annos constitutum et nondum suae tutelae, cuius secundus heres substitutus est, si efferatur. quem scabiosum biliosumque et vitiosum ideo dicit, tamquam ex hoc speret celerius moriturum. 13 tractum a militibus, qui expuncti dicuntur, dum foras a militia emittuntur. metaphora a bello, in quo cadente qui primus est, succenturiatur alius. itidem in stipen-

3 murum *α* 5 Ad *P* libauit *P* 6 Aut *α* murmur humilisque *α* 7 aperte *α* aperito *Ppr.* 10 Ebullit *α p* Ebullet *ς* patrui *α* patru** *P* patruo *p* uel Ebullit patrui *margo P* 11 astro *Ppr.* crepat *α* 12 quam *α* 13 expungas *α* nam et est *α*: nam est *P* namque est *p*

bile tumet; Nerio iam tertia conditur uxor'.
haec sancte ut poscas, Tiberino in gurgite mergis
mane caput bis terque et noctem flumine purgas.
heus age, responde — minimum est quod scire laboro —
de Iove quid sentis? estne ut praeponere cures
hunc — cuinam? cuinam? vis Staio? an scilicet haeres?
quis potior iudex, puerisve quis aptior orbis?
hoc igitur, quo tu Iovis aurem impellere temptas,
dic agedum Staio: 'pro Iuppiter, o bone' clamet
'Iuppiter'. at sese non clamet Iuppiter ipse?
ignovisse putas, quia cum tonat, ocius ilex
sulpure discutitur sacro quam tuque domusque?
an quia non fibris ovium Ergennaque iubente

diis pro meritis accipiunt heredem, et primo mortuo secundus succedit. 14 nomen fictum est. Nerius quidam morte coniugum locupletatus faenerator factus est notissimus, de quo Horatius ait [*sat.* 2, 3, 69] 'scribe decem Nerio'. ille, inquit, nobilitatus coniuges tumulando, mea uxor nec aegrotare patitur. dos enim a cive Romano data, non ex patrio dicta nomine, si repudium non intervenerit, post mortem uxoris ad maritum pertinet. 15 tempore quo haec postulas tu, quisquis es avarus, putas te caste petere, si lotus petieris. lotus propterea quod nocturno coitu sis inquinatus. 19 nomen fictum, quomodo supra Nerio. Aelius Staius in Iuniano iudicio et consortio sedit, qui pecuniam a reo et accusatore accepit decepitque utrumque. erat ergo inter notissimos cives. Staius autem praetor tutelarius fuit, Gutta et Albus et ceteri praepositi fuerunt iudices, qui in Iuniano iudicio corrupti Oppianicum damnaverunt. 23 referuntur haec ad vota quae ad funus patrui et pupilli pertinent. at sese: facete exit. sensus autem est: Iovi non videatur importunum quod Staio videtur? 25 sulfure pro fulmine. quia dum fulmen cecidit, loca vicina odore sulfuris implentur. unde sacrum dixit. 26 in usu fuit, ut augures vel aruspices adducti de Etruria certis temporibus fulmina transfigurata in lapides infra terram absconderent, cuius in paratione rei oves immolabantur. hoc ergo dicit: et quia necdum te fulmine perculsum sepelivit caesis hostiis Ergenna, ideo derides Iovem? Ergennae nomen aruspicis fictum secundum morem Etruscorum.

14 ducitur *Seruius Verg. georg. IV 256* 15 poscat α mergit α 16 nocte α purgat α 18 est ut α 19 cuinam *bis margo P: semel* α *P* cuiquam? cuinam ς iaio *P* 21 quod α 22 taio *P* staio *p* 23 ad α *P* 26 •ouium *P* ergenaque *Ppr.* iuuente *P*

triste iaces lucis evitandumque bidental,
idcirco stolidam praebet tibi vellere barbam
Iuppiter? aut quidnam est qua tu mercede deorum
emeris auriculas? pulmone et lactibus unctis?
  ecce avia aut metuens divum matertera cunis
exemit puerum, frontemque atque uda labella
infami digito et lustralibus ante salivis
expiat, urentis oculos inhibere perita;
tunc manibus quatit et spem macram supplice voto
nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in aedis:

27 bidental dicitur locus secundo percussus fulmine, qui bidente ab aruspicibus consecratur, quem calcare nefas est. ergo bis eadem de caelo tacta, quae expiari non possunt nisi bidente, bidental; cetera fulgura immolata qualibet hostia procurantur.

30 lactes sunt loca in lateribus sub umbilico pube tenus adeo delicata, ut plagam ferre non possint. inde est quod lactidiatum dicimus, qui male sit calce percussus. vel certe lactibus intestinis pinguibus. vel ut alii dicunt, membranae sunt quibus cohaerent inter se intestina. 31 sunt aviae quaedam et materterae, quae statim puerum a cunabulis solutum votis suis diis caelestibus commendant, postulantes ei divitias formam vires eloquium. in hoc petendo ostendit vota hominum nimium esse importuna. metuens divum, ut Terentius [*Phorm.* 623] ʻfugitans litiumʼ id est timens lites. transit iterum ad vanas superstitiones mulierum, quae dum ad nutriendum infantes acceperint, eos digito turpi, id est medio, vel salivis expiari fascino putant. 33 infami digito ait medio, qui obscaenitatis est, ut ait Iuvenalis [10, 52] ʻcum Fortunae ipse minaci praeberet laqueum mediumque ostenderet unguemʼ. sunt autem nomina digitorum haec: pollex salutaris infamis medicinalis ultimus. lustralibus salivis, purgatoriis liberantibus puerum ex omni malo, quod dicunt mulieres, fascino. 34 urentes, fascinantes. inhibere perita, id est prohibere ne fascinent. 36 Licinius Crassus inter Romanos locupletissimus fuit, ideo dives cognominatus. huius ergo divitias optat puero. alii volunt Licinum tonsorem ac libertum Augusti Caesaris significari praedivitem, cuius monumentum est pretiosi operis via Salaria prope urbem ad lapidem secundum. de hoc homine non invenustum Varronis epigramma fertur: ʻmarmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato parvo, Pompeius nullo: credimus esse deos?ʼ synecdochicos autem metri causa fecit

27 iacet *p*   uidental *Ppr.*   29 mercedeorum *α*   34 Expica *A* Exspica *B*   35 quant *A* quarit *B*   36 lini *α*   hedis *α*

'hunc optent generum rex et regina, puellae
hunc rapiant; quidquid calcaverit hic, rosa fiat'.
ast ego nutrici non mando vota. negato,
Iuppiter, haec illi, quamvis te albata rogarit.
poscis opem nervis corpusque fidele senectae.
esto, age. sed grandes patinae tuccetaque crassa
adnuere his superos vetuere Iovemque morantur.
rem struere exoptas caeso bove Mercuriumque
accersis fibra: 'da fortunare penatis,

dihaeresin nominis et a nomine cognomen disiunxit, ut Vergilius [*Aen.* 3, 161] 'non haec tibi litora suasit Delius aut Cretae iussit confidere Apollo'. interdum epitheton a nomine, ut [*Aen.* 3, 628] 'nec talia passus Vlixes oblitusve sui est Ithacus discrimine tanto.' ordo est: spem macram voto supplici modo in campos modo in aedes Licinii Crassi mittit dicens: da illi quantum Crassus habuit.

39 ast ego, inquit, contemptor divitiarum nolo a diis talia mihi impetrare nutricem, arguitque imperitos, qui nesciunt quid sit consequens optare. non mando. verbo usus est aruspicum, cum eis dicitur 'mando tibi ut maximum Iovem audias', ut quemadmodum procurationis assertio fit, ita fiat et in sacris et in prece.

41 fidele, robustum validum quod sustineat senectam quae morbis omnibus abundat. unde dictum est [*Ter. Phorm.* 574] 'senectus ipsa morbus est'. 42 tucceta. apud Gallos Cisalpinos bubula dicitur caro condimentis quibusdam crassis oblita ac macerata, et ideo toto anno durat. solet etiam porcina eodem genere condita servari. aut assaturarum iura. hinc Plotius Vergilii amicus in eadem regione est nominatus Tucca. iterum de hominum optationibus, cum petant ut fortes sint corpore et eadem fortitudo usque perseveret in senectam. sed hoc a diis non potest concedi, dum cotidie crapula ipsorum corpus corrumpit. 44 sunt alii qui poscunt sibi patrimonia augeri non sine damno, et petentes divitias ipsi prius impendunt sacrificia diis. et bene ad invidiam caeso bove dixit, quasi auctore rei familiaris, cultura enim boum ditescunt homines. Mercurio ideo dixit sacrificium facere, quod deus est lucri, quomodo supra dixit Herculem [*v.* 10] 'et o si sub rastro crepet argenti mihi seria dextro Hercule'. sed illum dixit absconditi lucri esse praesidem, Mercurium autem evidentis lucelli.

37 optent *P*: optet *α* 39 non nutrici mando *Ppr.* 40 haec *om. α* rogabit *α* 41 Poscit *α* 42 grandes *P*: pingens *α* pingues *ς* 43 mirantur *P* morantur *p* 45 Accessis *α* fibram *P* fibra *p* de *α*

da pecus et gregibus fetum'. quo, pessime, pacto,
tot tibi cum in flammis iunicum omenta liquescant?
et tamen hic extis et opimo vincere ferto
intendit: 'iam crescit ager, iam crescit ovile,
iam dabitur, iam iam' — donec deceptus et exspes
nequiquam fundo suspiret nummus in imo.
si tibi crateras argenti incusaque pingui
auro dona feram, sudes et pectore laevo
excutiat guttas laetari praetrepidum cor.
hinc illud subiit, auro sacras quod ovato

47 iunices dicuntur aetate viridiores vaccae, inter vitulas et vaccas. iunices feminae, iuvenci masculi dicuntur. omenta sunt membranae quae exta continent. 48 fertum genus est panis vel libi, quod diis infertur a pontificibus in sacrificio. dictum autem fertum a ferendo. alii vas dicunt, quod ornatum certis speciebus sacris et refertum diis infertur. cum haec clamantem deus non audiat, tamen perseverat in voto et effecturum se putat quod improbe petit, donec omni re consumpta ad unicum redactus nummum, quem in exhausta arca sine censu invenit, superstitionem suam gemens excrucietur. non cessat deos sacrificiis fatigare, et sperando divitias futuras arcam suam exhaurit, quamdiu nullus nummus in fundo arcae suspiret. 50 decepta exspectatione et spe accessionis quae erat, dum pecunia usque ad ultimum consumpta nummum non defecerat, positum in imo, id est in fundo arcae, frustra iam gemitu et suspirio prosequente parium suorum. aut certe ipse suspiret, quia nihil videt in imo fundo nummorum, tropicos, ut [v. 5] 'tacita libabit acerra' pro ipse tacitus.

52 incusa dicit caelata, unde incus dicitur, a cudendo. 53 ideo laevo dixit pectore, quia in parte sinistra pectoris cor habemus. ut Iuvenalis [7, 158] 'culpa docentis scilicet arguitur, quod laeva in parte mamillae nil salit'. 54 laetari praetrepidum. propter sudorem prae gaudio natum toto corpore trepidabis. vel quod ad laetitiam festinet. 55 ut auro putes numina delectari, quod tu diligis, et his vultus deaurandos existimes. ovato, sive quod ovo perfunduntur statuae, ut brattea melius inhaerescat, sive quod brattea talis est qualis ovi membrana,

47 flammis *P*: flammas *α* 48 At *α* festo *α* 49 aser *α* 51 fundo nummus in imo *aut* nequiquam f. n. in i. *ex suspirantis persona alii* 52 creterras *α* crateram argenti sudabit praetrepidum cor *fecit Priscianus p. 219 ubi* creterram *liber unus aut alter* incusasque *P* incussaque *p* 53 laeto *P* uel leuo *margo P* 54 praetepidum *α* 55 subit *αP*

perducis facies. 'nam fratres inter aenos,
somnia pituita qui purgatissima mittunt,
praecipui sunto sitque illis aurea barba.'
aurum vasa Numae Saturniaque impulit aera
Vestalesque urnas et Tuscum fictile mutat.
o curvae in terris animae et caelestium inanis,

vel quod medium ovi simile est auri. 56 Acron tradit quod in porticu quondam Apollinis Palatini fuerint L Danaidum effigies, et contra eas sub divo totidem equestres filiorum Aegypti. ex iis autem statuis quaedam dicebantur postulantibus per somnum dare oracula. alii autem fratres aenos Pollucem et Castorem, qui fratres fuerunt et aliquando nocte Persen Macedoniae regem nuntiaverunt victum, in quorum templo somniorum interpretes haberi solent, qui puros a pituita visus hominum exponebant. aliter. cum Romani pestilentia laborarent, Castor et Pollux in somniis populum monuerunt, quibus remediis curarentur, et licet eorum multae essent statuae Romae, tamen paratae sunt illis similes, quas postea Romani deauraverunt. 57 pituita est purgatio cerebri. vel morbus gallinarum qui ex edacitate nascitur. unde evenit ut gravati homines somno non bona somnia videant. 59 Numa Pompilius, rex Romanorum, vasis fictilibus usus est etiam ad religionem deorum. ex quo Numa dictus est eo quod numinibus deserviret. nam primus religiones deorum invenit. Saturno enim in Italia regnante aes in usu fuit, quod etiam postea in aede Saturni condebatur. unde aerarium dictum est. nondum enim fuerat argentum neque aurum. illud autem aes una parte capite Iani notatum erat, altera nave qua Saturnus fugiens ad Italiam vectus est. bene autem in illo nummo geminum erat signum, et hospitalitatis Iani et adventus Saturni. quod aes postea, ut dictum est, in aede Saturni condebatur nondum argento auroque signato, unde aerarium nomen accepit. fuit autem assis libralis, hoc est libra appensus, et dipondius duarum librarum. quod hodieque in usu remansit, et solet pensari potius quam numerari, unde et dispensatores dicti prorogatores. et est sensus: ministeria innocentium ac simplicium vasorum auri caeca removit ambitio. 60 aut Vestae aut Vestalium virginum. virgines Vestales vasis fictilibus in sacrificiis usae sunt. Tuscum fictile, sive quod in Etruria creber usus vasorum fictilium fuerat, sive quod Tusci deorum simulacra fictilia fecerunt. 61 exolevisse dicit in terris spiritum divinum ho-

56 Perducit *α* 57 purgantissima *P* 58 sit illis *α* 59 Auri *α* 60 facile *B* 61 terras *Lactantius inst. d. II 2*

quid iuvat hoc, templis nostros immittere mores
et bona dis ex hac scelerata ducere pulpa?
haec sibi corrupto casiam dissolvit olivo
et Calabrum coxit vitiato murice vellus,
haec bacam conchae rasisse et stringere venas
ferventis massae crudo de pulvere iussit.
peccat et haec, peccat, vitio tamen utitur. at vos
dicite, pontifices, in sancto quid facit aurum?

minibus natura inditum et intelligentiam summam, animosque nostros originis divinae immemores factos et more pecudum humum spectantes. ut Salustius ait [*Cat.* 1] 'quae natura prona atque ventri oboedientia finxit'. 62 quid prodest, ut credamus deos cupiditate aliqua vel ambitione sicut homines tangi? ut ex humano corpore credamus deos luxuria vel pompa aut ambitionibus delectari carnalibus et felicitatem deorum in auro positam esse?

63 pulpa est caro sine pinguedine, dicta quod palpitet. haec eadem pulpa id est hoc corpus nostrum omnium vitiorum causa est. quod detractive sceleratum appellavit. 64 casiam, quam in terra orienti proxima homines toto corpore contecto, paulum oculis relictis intectis ad visum propter multitudinem avium infestarum quae sunt vespertilionum similes, ex lacibus colligunt colantes aquarum superficiem in limi modum. haec casia olivo mixta unguentum facit. casia herba vel pigmenti genus, quo oleum meliore odore inficitur. ut Verg. [*g.* 2, 466] 'nec casia liquidi corrumpitur usus olivi'. 65 Apulam lanam conchylio inficit. ideo in Apulia, quod ibi oves plurimum nascuntur. vellus autem ob hoc dictum, quod primo lanae vellerentur, non tonderentur.

66 radere margaritas de conchis marinis. uniones enim nascuntur in conchis, pro quibus bacas posuit, ut Horatius [*epod.* 8, 13] 'quae rutundioribus onusta bacis'. 67 bene crudum pulverem dicit, quia coquitur ut metallum fiat, et bene stringere, quia coquendo redigitur in massam. 68 haec faciendo integritate sua mores humani vacillant. in quo tamen crimine possumus hominibus ignoscere eis qui concupiscentiis utuntur. quamvis peccat supervacua reperiendo, habet tamen aliquem usum appetitorum.

69 diis tam sunt opes supervacuae quam Veneri puppae, quas virgines nubentes donant. solebant enim virgines antequam nuberent quaedam virginitatis suae dona Veneri consecrare. hoc et

62 hos ς 63 ex *om.* *α* 65 Et *P*: Haec *α* 66 uacam *P* 67 missae *α* 68 Peccaethaec *α* 69 in sanctis *Lampridius uita Alex. Seueri 44*

nempe hoc quod Veneri donatae a virgine pupae.
quin damus id superis, de magna quod dare lance
non possit magni Messalae lippa propago?
compositum ius fasque animo sanctosque recessus
mentis et incoctum generoso pectus honesto:
haec cedo ut admoveam templis, et farre litabo.

III

‘Nempe haec adsidue. iam clarum mane fenestras
intrat et angustas extendit lumine rimas.
stertimus, indomitum quod despumare Falernum

Varro scribit. 71 feramus, inquit, ad templum dona conscientiam bonam, et sic fiet ut tantum mola salsa litantes exaudiant dii. quod potest et pauper. 72 Cottam Messalinum dicit, qui tam vitiosos oculos in senectute habuit, ut palpebrae eius in exteriorem partem verterentur. fuit enim multis praeditus divitiis. hic ab Aurelio Cotta adoptatus Marcus Aurelius Maximus vocabatur, originem trahens a Valerio Messala qui septies fuit consul, qui cum a quodam Gallo ad monomachiam vocaretur, corvus super galeam in capite eius sedit, et victo hoste Corvinus appellatus est. 73 et secretas cogitationes et sanctas et honesti tenacitatem, ut erui non possit. 74 incoctum, valde coctum. 75 haec cedo ut admoveam templis. ce in hoc loco adiectio syllabica, nam in cedo verbo producitur. hic quoque sensus ab Horatio sumptus est qui ait [*od.* 3, 23, 17] ‘immunis aram si tetigit manus, non sumptuosa blandior hostia mollivit aversos penates farre pio et saliente mica’.

III 1 hanc satiram poeta ex Lucili libro quarto transtulit castigans luxuriam et vitia divitum. et cum inducit paedagogum obiurgantem scholasticum, increpat omnium segnitiem. 2 mane scilicet vel per rimas fenestrarum se tota lux infundit, ut capi non possit. 3 indomitum Falernum. id est vinum multae virtutis, ut Vergilius ait [*g.* 4, 102] ‘et durum Bacchi domitura saporem’. et Lucanus [10, 163] ‘indomitum Meroe cogens spumare Falernum’. sensus autem iste est: tam diuturno sopore deprimimur, ut possint qui nimia ebrietate gravati sunt, tam longo somno cra-

70 a *om.* α 72 messala α 73 animos *P* animimo *B* animi ς *Lactantius* 74 honestum α 75 admoneam *B* admoueant *sed* nt *adsimiles* m *litterae P*

III satyrarum III loquitur ad desidi *B* increpatio desidiae humanae *P* 1 Sepe *A* Seppe *B*

sufficiat, quinta dum linea tangitur umbra.
en quid agis? siccas insana canicula messes
iam dudum coquit et patula pecus omne sub ulmo est'
unus ait comitum. 'verumne? itan? ocius adsit
huc aliquis. nemon?' turgescit vitrea bilis,
findor, ut Arcadiae pecuaria rudere credas.
iam liber et positis bicolor membrana capillis
inque manus chartae nodosaque venit harundo.
tunc querimur, crassus calamo quod pendeat umor.
nigra sed infusa vanescit sepia lympha:
dilutas querimur geminet quod fistula guttas.
'o miser inque dies ultra miser, hucine rerum
venimus? a, cur non potius teneroque columbo

pulam Falerni vini discutere. Falerna regio dicitur Campaniae ubi vina optima nascuntur. 4 dum umbra medii stili, qui in horologio est, quintam lineam attigerit. ac per hoc, usque ad horam quintam. 9 Arcadiae pecuaria asinos dicit, qui primum in Arcadia nati sunt. ruditus proprie asinorum est. 10 ambiguitas est. aut enim bicolor membrana, quia quondam capillos habuit, aut quae bicolor facta est, ut posuit capillos. aut merito bicolor, quod pars crocea, pars glutinata apud antiquos erat. membrana de pellibus animalium antiquitus scribebatur in una parte, nunc vero in utraque parte derasis tantum pilis. et notandum feminino genere membrana. 13 sepia pro atramento a colore posuit, quamvis non ex ea, ut Afri, sed ex fuligine ceteri conficiant atramentum. nigra sepia vanescit ex infusa lympha, quia sepia piscis ita nigrum habet sanguinem, ut atramentum inde conficiatur.

14 fistula pro cannali calamo posuit exquisite. 15 voces mutilas imitaris, ut pappare pro comedere vel lallare pro dormire. nam qui parvulas aves nutriunt, commanducatos cibos deducto earum rostro inserunt. hoc genere nutrices etiam infantes delicatos instruunt. 16 columbos melius pueros intellegere est, quos quae nutriunt blandientes columbos et pullos et passeres vocant. aut cur non commanducatos cibos poscis aut cur non nutricis iussu dormire plorando recusas? quae infantibus, ut dormiant, saepe

4 line *sine* a *Ppr.* 7 idan α ita nec *sed* e *superne,* c *inferne adpunctam P* 8 nemo *A* tigescit α 9 oridas *P* credas ς *Eutyches GLK. V p. 471*: dicas α *Servius Verg. georg. III 328 374 Aen. VIII 248, cf. Ausoni epigr. 5 p. 313 Peiper.* 12 querimus α quaeritur *p* 13 uanescit *P* (*id est* si uanescit, querimur): uanescat α 14 querimus α quo *P* 15 hunc ine *P* 16 aut cur *P* at cur ς palumbo α

et similis regum pueris pappare minutum
poscis et iratus mammae lallare recusas?'
'an tali studeam calamo?' 'cui verba? quid istas
succinis ambages? tibi luditur. effluis amens,
contemnere. sonat vitium percussa, maligne
respondet viridi non cocta fidelia limo.
udum et molle lutum es, nunc nunc properandus et acri
fingendus sine fine rota. sed rure paterno
est tibi far modicum, purum et sine labe salinum —
quid metuas? — cultrixque foci secura patella est.
hoc satis? an deceat pulmonem rumpere ventis,

dicere solent 'lalla lalla' id est aut dormi aut lacta, quod quasi irati infantes nolunt. 20 a vase vitiato quod nihil in se continet, quemadmodum hic effusus per vitia nihil sapientiae in se continet. ut Terentius in Eunucho [105] 'plenus rimarum sum, hac atque illac effluo'. 21 contemnere. haec ab Horatio male translata intempestiva sunt. Horatius [*sat.* 2, 3, 13] 'quin tu invidiam placare paras, virtute relicta? contemnere miser'. et sonat vitium active dicimus, ut 'nec vox hominem sonat' [*Verg. Aen.* 1, 328], et maligne pro acriter dici potest. hoc dicit: quomodo vas non bene coctum non acutum sonum reddit vel tinnitum et prodit vitium suum, ita et homo non bene sapientia politus vitium suum temptatus ostendit et apparet qualis futurus est, id est miser. allegoricos. 22 quod sono tam cruda quam cocta vasa explorantur. viridi limo. creta non cocta vel adhuc habens limum id est argillam. sed dubium utrum similitudine usus sit an allegoria. 23 udum et molle lutum. figurate: adhuc crudus es et assidua exercitatione formandus, ut fictilia circumactu rotae formantur. 24 sed rure paterno. hic anthypophora usus est. sed inquies esse tibi rem familiarem mediatae frugalitatis farre contentam et tibi posse sufficere, etiamsi minus proficias. vel etiam per far modicum et salinum ac patellam, quibus rebus in sacrificiis utimur, metonymicos vota et spes non improbas se concipere dicit, unde securior sit et minus timeat in rebus impetrabilibus et quae tolerare hominem frugi possint. 26 cultrixque foci. quia delibatae dapes in ea positae ad focum feruntur. secura patella. qua in rebus divinis utuntur. et non patella secura, sed ille quasi securus vel sine debito. 27 hoc satis. potest et sic intellegi, tamquam et modo anthypophora sit et ille adhuc respondeat.

17 similes *P corr. p* 20 etfluis *α P* 22 cocyta *α* 23 es] est *BP* 24 rupe paturno *α* 26 fori *α* est *P*: *om. α*

stemmate quod Tusco ramum millesime ducis,
censoremve tuum vel quod trabeate salutas?
ad populum phaleras, ego te intus et in cute novi.
non pudet ad morem discincti vivere Nattae.
sed stupet hic vitio et fibris increvit opimum
pingue, caret culpa, nescit quid perdat, et alto
demersus summa rursus non bullit in unda.
magne pater divum, saevos punire tyrannos
haut alia ratione velis, cum dira libido
moverit ingenium ferventi tincta veneno:
virtutem videant intabescantque relicta.
anne magis Siculi gemuerunt aera iuvenci

28 an oportet te arrogantia inflatum dissilire, quod in aliquo nobili Tusco stemmate millesimus a magno auctore numereris et ramum aliquem ac lineam quasi successionis a genealogo in stemmate notatus obtineas? vel quod in equitum Romanorum recognitione donis militaribus insignis censorem tuum salutes? cognitio enim equitum Romanorum censoribus erat subiecta, quae nunc consulum est officii. 31 discinctum dicit negligentem et perditum, ut Horatius [*epod.* 1, 34] 'discinctus aut perdam nepos'. vel discinctum obesum et ventriosum luxuria, qui cingi non possit. nam ob pinguedinem calluisse hunc Nattam induxit. quod potest ab Horatio videri translatum, qui ait [*sat.* 1, 6, 123] 'ungor olivo quo non fraudatis immundus Natta lucernis'. apud utrumque Natta nomen fictum est. alii dicunt Nattam fuisse quendam luxuriosum, qui patrimonium suum perdiderit et nobilitatem male vivendo exturpaverit. 33 pinguedo enim non est latinum. 34 sicuti quos vorago caenosa absorbet, non remissos in altum undarum facies ebullit, ita hos quoque quos magnitudo criminum mersit, necesse est vitiorum mole gravatos nescire quomodo virtutem agnoscant vel qua arte sceleribus careant.

37 nunc animi venenum ait. ideo ferventi. metaphora a lana, quae corrupta ad pristinum colorem reverti non potest. 39 an maiora tormenta passi sunt ii quos Phalaris Agrigentinorum tyrannus tauro aeneo torquebat inclusos, aut gravior sollicitudo Democraten philosophum torsit, quem Dionysius tyrannus opes et felicitatem mirantem invitavit ad cenam appositoque apparatu omni magnis epulis frui iussit, sed ita ut gladius ligatus saeta ex laquearibus supra cervices eius penderet, quam torquentur huiusmodi cogita-

28 ius coramum ille sime *Ppr.* 29 Censoremue *P Seruius Aen. III 382 Priscianus p. 208 et 211*: Censoremque *α*. *uel quod censor tibi cognatus est uel quod ipse es eques R.* 31 districti *α*
34 rursum *ς* 37 Mouerat *α*

et magis auratis pendens laquearibus ensis
purpureas subter cervices terruit, "imus,
imus praecipites" quam si sibi dicat et intus
palleat infelix, quod proxima nesciat uxor?
  saepe oculos, memini, tangebam parvus olivo,
grandia si nollem morituri verba Catonis
discere et insano multum laudanda magistro,
quae pater adductis sudans audiret amicis.
iure etenim id summum, quid dexter senio ferret,
scire erat in voto, damnosa canicula quantum
raderet, angustae collo non fallier orcae,
neu quis callidior buxum torquere flagello.

tionibus, cum se decipi intellegunt nec tamen corriguntur et apud se ita murmurant, ut nec uxoribus credant, ut secretum eorum ea nesciat, quae scire debuerat? 44 merito, inquit, mihi lippitudinem accersebam, ne Catonis deliberativam recitarem, utrum moreretur an non, aut quibus verbis uti potuit, cum se destinaret interficere. oculi autem oleo tacti perturbabantur ad tempus, ut turbatis oculis ad scholam non iret. 46 non sano m. l. m. id est nimis sano, ut est illud Vergilii [*Aen.* 3, 443] 'insanam vatem aspicies' pro valde sanam. aut certe insano, qui discipulorum suorum carmina laudabat, cum aliorum debuerant iudicio comprobari. 48 dextrum senionem dicit propitium, quia in iactu talorum semper boni aliquid affert. aut senio maior missus. ut scaeva.

tali in hoc loco tres tesserae sunt numerum impressum tenentes in alea. senio autem et canicula et Venus propria nomina iactus tesserarum sunt. verbi gratia, dum tres seni proveniunt, is iactus senio est. in quo notandum quia interdum etiam est sinister. dum vero tres uni, canicula. Venus autem, dum iactus iuxta rationem numeri optime conectuntur, quam conexionem unio id est canicula in fine tabulae efficere solet. 49 canicula pro cane, quae in calculis ex omni iactu talorum quinque detrahit, excepta Venere, in qua sola prodest. canicula genus aleae quod de numero quinque subtrahat. 50 collo amphorae ex distanti loco ait nuces mittere, ut manus non erret. qui ludus ubique celebratur. ita praestat, cum extra collum missas nuces colligat. ludo nucum orcae collum ponitur, et qui certo iactu iacit in eodem collo, victor existit.

45 morituro uerba catoni Dicere *P* 46 et insano *α*: non sano *P* 48 summo *et* feruet *α*: summum *et* ferret *etiam Priscianus de fig. num.* 7 *GLK. III p. 415* 50 Raderet et angustae *P* 51 calliduor *α* torquaeret *α*

haut tibi inexpertum curvos deprendere mores,
quaeque docet sapiens bracatis inlita Medis
porticus, insomnis quibus et detonsa iuventus
invigilat siliquis et grandi pasta polenta.
et tibi, quae Samios diduxit littera ramos,
surgentem dextro monstravit limite collem.
stertis adhuc laxumque caput conpage soluta
oscitat hesternum dissutis undique malis?
est aliquid quo tendis et in quod derigis arcum,

52 aut interrogative aut pronuntiative legendum. non illi esse incognitum pravos et turpes et peccantes mores, quos curvos appellavit a corpore curvo, corripere. ergone vidisti dextrum litterae Pythagoricae? aut magis pronuntiative: certe degustasti philosophiam. 53 quaeque docet sapiens. Atheniensium porticum dicit, in qua picta erat pugna Atheniensium et eorum, qui cum Persa ad oppugnandam Graeciam venerant, gesta apud Marathonios campos. quam porticum sapientem dixit, quoniam sapientes in ea philosophabantur. ex qua etiam stoici dicti sunt, graece enim porticus στοά dicitur. quam etiam *Πεισιανάκτειον* vocant.

55 naturalibus cibis vivere contenta, id est leguminibus et farre. vel victu facili esuriem suam implens. aut quia philosophi non utantur carne, dicentes animas animabus non debere dari. unde Ovidius [*met.* 15, 88] 'heu quantum scelus est in viscere viscera condi, congestoque avidum pinguescere corpore corpus alteriusque animam animantis vivere leto'. 56 quae Pythagoras Samo insula ortus praecepit, qui Y litteram ad modum humanae vitae figuravit. quae in infantia vel initio monitione paedagogi et paterno metu insecta est. at postquam in adulescentiam quis venerit, dividitur. et in sinistra parte rami velut vitia sunt, quae devexior facilem ad se praestat ascensum. est altera dextera in qua virtutis opera celebrantur, arduum ac difficilem limitem pandens. quem qui evaserint, quieta sede excipiuntur. quas partes quisque ab anno sexto decimo obtinebat, in iis fuerat staturus.

58 crapula marcidus, vix caput sustinens iuncturis maxillarum extensis in rictum et vehementer patefactis. 59 crapulam significat. ut est illud Vergili [*ecl.* 6, 15] 'inflatum hesterno venas ut semper Iaccho'. 60 proposuistine tibi aliquod genus vitae quod sequi debeas et in quo nervos animi extendas? an vagus sine proposito

52 *hinc noua satura incipit in P, cui titulus est* ad eosdem 54 insomis *P corr. p* 55 grande *P corr. p* 56 deduxit *αP* litora *P* 57 collem *α P*: callem *p ς* 59 Hoscitat *α* 60 in quo *α* dirigis *α p* dirigas *P*

an passim sequeris corvos testaque lutoque
securus, quo pes ferat, atque ex tempore vivis?
elleborum frustra, cum iam cutis aegra tumebit,
poscentis videas: venienti occurrite morbo,
et quid opus Cratero magnos promittere montis?
discite, o miseri, et causas cognoscite rerum:
quid sumus et quidnam victuri gignimur, ordo
quis datus aut metae qua mollis flexus et unde,
quis modus argento, quid fas optare, quid asper
utile nummus habet, patriae carisque propinquis
quantum elargiri deceat, quem te deus esse
iussit et humana qua parte locatus es in re.
disce, nec invideas, quod multa fidelia putet

vitam peragrans, ut libuit, omnia facis, corvos lapidibus insectaris? quod est inertium et stultorum indicium. corvi enim instabiles sunt huc illuc transvolantes, et non curant aut in alta arbore sedere aut in palustribus aquaticisque locis, et adulteros figurant. 63 stulte solent quidam inveteratis vitiis medendi remedia implorare, cum utique primo cavendum sit, ne quis sanis membris morbus inrepat. allegoricos. a medicis tractum. elleborum medicaminis genus est, quod hydropici saepe bibunt, quod si nimium sumpserint, necat. 65 in proverbio est 'montes aureos'. quid prodest post morbos sera remedia quaerere et Cratero medico multa promittere? hic Craterus Augusti temporibus nobilis fuit medicus, de quo Horatius dicit [*sat.* 2, 3, 161] 'non est cardiacus, Craterum dixisse putato'. per hunc omnem medicum vult accipi. 66 discite o miseri et causas cogn. r. id est philosophiam. dicit unumquemque debere discere omnium rerum rationem, ut sciat quid ipse est et ob quam causam natus est, sed et finem vitae intueri et quae fugiat, quae exoptet, quem modum in cupiditate teneat, quod bonum, quod asperum nummus habeat, vel quantum suis parentibus largiri oportet. ut Vergilius sapientem felicem esse dixit [*g.* 2, 490] 'felix qui potuit rerum cognoscere causas'. discite ergo aut naturalem philosophiam aut moralem. 69 asper nummus aut male partus aut criminosus. 73 disce philosophiam. et non invideas divitibus, quod sapientiae non est. in quorum cellariis tanta est dapum abundantia, ut etiam putrescant epulae quae con-

62 bibis *α* 63 Hell- *α* 66 Discite o *αP* *Augustinus ciu. d. 11 6*: Disciteque o *aut* Discite et o m. causas *ς* io *Barthius* nos *Guietus* 67 gignimus *α* 68 au *Ppr.* mecae *α* quam *Ppr.* 69 argenti *Augustinus* 70 Vt ille *Ppr.* 71 largiri *α* *Augustinus* 73 inuidias *α*

in locuplete penu defensis pinguibus Vmbris,
et piper et pernae, Marsi monumenta clientis,
maenaque quod prima nondum defecerit orca.
  hic aliquis de gente hircosa centurionum
dicat: "quod sapio, satis est mihi. non ego curo
esse quod Arcesilas aerumnosique Solones
obstipo capite et figentes lumine terram,
murmura cum secum et rabiosa silentia rodunt
atque exporrecto trutinantur verba labello,
aegroti veteris meditantes somnia, gigni
de nihilo nihilum, in nihilum nil posse reverti.

sumi prae multitudine non possunt. quae cellaria muneribus pinguium Vmbrorum vel clientum referta sunt, quibus defensionem patrocinando praebent. bene penu dixit, non penore, ut Vergilius [*Aen.* 1, 704]. inter cunctas quas tibi partes iniunxerit deus in convictu qui cum hominibus est, summa omnium est philosophari. nec te abstraxerit admiratio abundantiae et potentiae causidicorum, quod plerisque iuvenibus accidit. 76 maena salsamenti genus est ex pisce minuto. 77 hircosa dixit aut ab odore corporis, quia ex multo labore et cibo et somno fetidum sudant, aut ad mores barbaros rettulit, quod eorum quidam dici putidi solent. 79 non curo esse hoc quod Arcesilas philosophus aut Solon qui apud Athenienses philosophus et legislator erat. Solones sane more Romano dixit, ut Catones Camillos Drusos. aerumnosi autem, quia frugalitas philosophorum misera videtur luxuriosis et prodigis. eo quod animum colentes corporis cultum abiciant. Arcesilas Scythi filius Pitanaeus, Cyrenaicus philosophus perfectissimus fuit, qui Academiam primus invenit.

80 obstipo. id est inclinato et gravitatem simulante et cum obliquitate fixo. 84 prima physicorum quaestio est et de qua inter omnes convenit, nihil de nihilo nasci et nihil in nihilum solvi. negat centurio velle se discere et dicit ita: philosophi sibi oculis formant, de quibus scripturi sunt, ut diuturna infirmitate homines, quia siccitate febrium et insomnitate diversorum imagines oculis eorum formantur. stoici asseverant non posse ad nihilum aliquid reverti et aliquid non in nihil resolvi. nam corpus atomis constat, cum decidit, in atomos dissolvitur.

74 defensus α 75 *om.* α (*in margine add. b*) *legit Priscianus p. 205* eluentis *P* clientis *p* 78 Dicta α sapio satis est *P*: satis est sapio α 79 salones *p* solonis α 80 Obsip *vel* Opsip α Obsti*po *P* fingentis α 81 *rodunt *P* 83 somnia *P* omnia *tum rursus* somnia *p* 84 Di n. α in nihilo α

hoc est quod palles? cur quis non prandeat hoc est?"
his populus ridet, multumque torosa iuventus
ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.
"inspice, nescio quid trepidat mihi pectus et aegris
faucibus exsuperat gravis halitus, inspice sodes"
qui dicit medico, iussus requiescere, postquam
tertia conpositas vidit nox currere venas,
de maiore domo modice sitiente lagoena
lenia loturo sibi Surrentina rogabit.
"heus bone, tu palles." "nihil est." "videas tamen istuc
quidquid id est, surgit tacite tibi lutea pellis."
"at tu deterius palles. ne sis mihi tutor.
iam pridem hunc sepeli: tu restas?" "perge, tacebo."
turgidus hic epulis atque albo ventre lavatur,
gutture sulpureas lente exhalante mefites.
sed tremor inter vina subit calidumque trientem
excutit e manibus, dentes crepuere retecti,
uncta cadunt laxis tunc pulmentaria labris.

86 aut multum ridet aut multum cachinnos ingeminat aut multum tremulos aut multum naso crispante. 89 sodes. aut sodalis aut antiquae affectationis est, adeo ut soluto eo quidam usi sint, ut Plautus qui per resolutionem sic ait [*aul.* 170] 'dic mihi, si audes, quae est ea quam vis ducere uxorem?' 92 de nobili apotheca. lagoena non valde plena, quae non impleatur nisi usque ad collum. vel quod vetustate decoquatur ac per hoc sese tamquam sitiens ebibat. 93 Surrentum oppidum Campaniae quod bona vina mittit. id est electa lenia vina Surrentina, cum sint fortissima. unde et Horatius [*sat.* 2, 4, 55] 'Surrentina vafer qui miscet faece Falerna.' 94 introducuntur monens et monitus loquentes, quorum alterna responsio est. 95 hydropicis luteus color est id est subcroceus. 96 aegrotus excandescit. ut dici solet: quid me mones? ego iam pridem tutorem meum extuli. 99 sulfureas mefites a loco fetido dixit qui in Italia graviter spirat. ut Vergilius [*Aen.* 7, 84] 'saevamque exhalat opaca mefitin'. per indigestionem vomitus sulfurei. 100 dicit calicem talem qui tertiam partem sextarii capit. aut tres heminas capientem.

91 uidet *P* 92 silente *P* siciente *p* lago aena *α* 93 locuro *α* laturo *ex* lut- *P* rogabis *α* rogauit *P corr. p* 94 tu *om. α* pallens *P* palles *p item in uersu* 96 istud *α* 97 sepelii *α* sepellitur istas *P* sepellii tu restas *p* 98 babatur *A* lobatur *B* 99 pulphereas *α* exilante *α* 100 in terra subiit *α* triental *ς* 101 Excidit *α*

hinc tuba, candelae, tandemque beatulus alto
conpositus lecto crassisque lutatus amomis
in portam rigidas calces extendit. at illum
hesterni capite induto subiere Quirites.
tange, miser, venas et pone in pectore dextram.
"nil calet hic." summosque pedes attinge manusque.
"non frigent." visa est si forte pecunia sive
candida vicini subrisit molle puella,
cor tibi rite salit? positum est algente catino
durum olus et populi cribro decussa farina:
temptemus fauces; tenero latet ulcus in ore
putre, quod haut deceat plebeia radere beta.

103 sepultura tubis apud antiquos celebrabatur. ut Vergilius [*Aen.* 11, 192] 'it caelo clamorque virum clangorque tubarum'. candelae quoque in sepulturis ante mortuos praecedebant. ut idem Vergilius [*Aen.* 11, 142] 'et de more vetusto funereas rapuere faces'. beatulus dicit, non quod beatus sit, sed quia numquam splendidior habitu fuerit quam eo lecto quo effertur. aut certe quia Romanae consuetudinis fuit simpliciter efferre, merito etiam funeris ambitionem irridet. non quia *μάκαρες* et *μακάριοι* dicuntur mortui, non est enim Romanae consuetudinis, sed quia pretiosiore in funeribus veste stragula ceteraque etiam pauperculi exponebantur. hypocorismos derisum significat. 104 multis oblitus unguentis foras exit mortuus de domo sua. 106 hesterni, ait, a defuncto pridie manumissi, id est liberti et cives Romani facti. capite induto, quia manumissi pilleati incedebant ante funus. subiere, quod plerumque ipsi manumissi manumissoris corpus portandum subirent. 108 digitorum summitas sive in manibus sive in pedibus si frigida fuerit, infirmitatem significat. ergo nil calet et nil friget quod ait, aut ipsius aegrotum interrogantis verba sunt et aliter pronuntiandum est, quoniam ex cupiditate manuum summitates pedumque frigescunt, aut verba sunt respondentis. 111 fingis quod non possit os tuum delicatum cibos durissimos transglutire et panem non deliciose cribro decussum, sed plebeium, de populi annona, id est fiscalem. algente catino. non pulmentarium habente, sed misero egestuoso, quales sunt qui algent. positum est in catino olus, et posita farina. farinam nunc panem dicit, et hunc fingit gregalem et plebeium esse positum. 114 quod haut deceat, quod non oporteat,

104 grassisque *P* 105 portas *α* 106 Externi *α* indutos *Ppr.* 107 dextra *P* 112 holus *B* decusa *Ppr.* 114 plebia *α*

alges, cum excussit membris timor albus aristas;
nunc face supposita fervescit sanguis et ira
scintillant oculi, dicisque facisque quod ipse
non sani esse hominis non sanus iuret Orestes.'

IV

'Rem populi tractas' barbatum haec crede magistrum
dicere, sorbitio tollit quem dira cicutae
'quo fretus? dic hoc, magni pupille Pericli.
scilicet ingenium et rerum prudentia velox
ante pilos venit, dicenda tacendave calles.
ergo ubi commota fervet plebecula bile,
fert animus calidae fecisse silentia turbae
maiestate manus. quid deinde loquere? "Quirites,
hoc puta non iustum est, illud male, rectius illud."
scis etenim iustum gemina suspendere lance

quod impatiens sit. radere hic exasperare dicit vulgariter. est alter sensus: non levibus aut popularibus cibis tui fastidii ulcera possunt purgari. hoc est quod ait plebeia radere beta. radere autem ait extergere, ut Horatius [*sat.* 2, 2, 24] 'hoc potius quam gallina tergere palatum'. 115 tremebundus efficeris et pilos erigis. aristas enim pro pilis posuit.

IV 1 hic de iis dicit, qui honoris cupidi supra modum aetatis suae publici moderaminis gubernacula quaerunt suscipere, quod significat per Alcibiadem, qui relictus a patre sub tutela Pericli, prae nobilitate et divitiis puer rem publicam Atheniensium administravit. 2 Socrates cum incriminaretur de turpi amore Alcibiadis discipuli sui, venenum in carcere accepit quo puniretur. 3 merito dicit pupille Pericli, quia sub tutela Pericli avunculi sui degebat, et tutores dicunt pupillos suos quibus tutelam gerunt. 5 pilos pro barba posuit. 8 Quirites abusive pro civibus. Quirites enim cives Romani sunt. 10 revera scis iustitiam in lance pensare, et ipsius dubiae lancis rectitudinem calles discernere,

115 Alget α 116 nun *sine* c *Ppr.* irā *P qui plene scribere m solet neque ista notula uti nisi ad corrigendum.* 117 discique α tacesque *Ppr.* 118 est α

IV de his qui ambigunt (*i.* ambiunt) honores *B priori saturae continuat P* 2 sorbiti tolli α dura α 3 dic o ς periclis α 5 tacendaue *P*: tacendaque α 9 puto *superscriptum manu recenti in P*: puta *etiam Priscianus GLK. III p. 65* illut *utrobique P* 10 gemina *in* geminae *mutatum P*

ancipitis librae, rectum discernis ubi inter
curva subit vel cum fallit pede regula varo,
et potis es nigrum vitio praefigere theta.
quin tu igitur, summa nequiquam pelle decorus,
ante diem blando caudam iactare popello
desinis, Anticyras melior sorbere meracas?
quae tibi summa boni est? uncta vixisse patella
semper et adsiduo curata cuticula sole?
expecta, haut aliud respondeat haec anus. i nunc,
"Dinomaches ego sum' suffla "sum candidus". esto,
dum ne deterius sapiat pannucia Baucis,
cum bene discincto cantaverit ocima vernae.'
  ut nemo in sese temptat descendere, nemo,
sed praecedenti spectatur mantica tergo.

et curvam regulam momentariae cognoscis? regulam dicit ipsum momentariae stilum. aut regula nunc pro norma abusus est. est enim ea vara. 13 iudices litteram theta apponunt ad eorum nomina quos supplicio afficiunt. merito θῆτα ἀπὸ τοῦ θανάτου id est a morte, et quod quasi habet telum suum. ideo quod triste intellegitur mortis signum. unde quidam ait 'o multum ante alias infelix littera theta'. 15 ante diem autem dicit in comitiis, quia comitiales dicebantur dies, in quibus ad futuros honores homines designabantur. translatio est a canibus, qui cum blandiuntur dominis, caudam movent. 16 Anticyra oppidum Phocidis, ubi elleborum nascitur. merito pluraliter Anticyras dixit, ut appareat eius tam magnae insaniae unam sufficere non posse. Anticyras tropicos dixit, neque enim ipsa civitas sorbetur, sed elleborum quod in ea nascitur. 18 curata c. s. chromatiarii dicuntur id est colorarii, qui toto die in arena sunt vel in sole. antiqui enim ungebant se et in sole erant, ut oleum corpus inbiberet. ut Iuvenalis [11, 203] 'nostra bibat vernum contracta cuticula solem effugiatque togam'. 19 suffla, inquit poeta, id est extende te et intumesce nobilitate, quod Cliniae et Dinomaches filius sis. quorum Alcibiades filius traditur fuisse. pannucea vulgariter pro pannosa dixit, id est pannis obsita. 22 praecincti tunica linteo amiciuntur. vernae dicuntur qui Romae nati sunt aut servi domi nati. 24 Aesopus apologorum scriptor dicebat unumquemque hominem duas manticas ferre vitiis plenas, et in ea

13 est *α P* 14 puelle *α* 16 Desinas *α* merecas *α* 19 inhunc *A P sed prior* n *erasa in P* 21 pannucea *α* 22 ocyma *α P* 23 Tunc nemo *p*

quaesieris 'nostin Vettidi praedia?': 'cuius?'
'dives arat Curibus quantum non miluus errat.'
'hunc ais, hunc dis iratis genioque sinistro,
qui, quandoque iugum pertusa ad compita figit,
seriolae veterem metuens deradere limum,
ingemit "hoc bene sit" tunicatum cum sale mordens
caepe, et farrata pueris plaudentibus olla
pannosam faecem morientis sorbet aceti?'
at si unctus cesses et figas in cute solem,

quae ante pectus est, aliena vitia, in ea vero quae a tergo est, nostra. eoque evenit ut aliena potius delicta quam propria videamus. Zopyrus physiologos de vultu hominum mores agnoscebat. qui cum ad Socratem veniret, ait ei 'libidinosus es'. at illum iniuriis discipuli afficere voluerunt, quod de magistro eorum iniuriose locutus sit. tunc ille ait 'parcite, sum quidem libidinosus, sed meum est ipsam libidinem vincere'. 25 Vetidium quendam dicit in Sabinis possidentem praedia non pauca. 26 Curibus, quod nomen loci est, unde et Iuno Curitis dicitur, quia ibi vehementer colitur. dici solet secundum proverbium 'quantum milvi volant'. inducit ergo per Vetidium diis iratis et malo genio natos, qui cum divites sint, esuriunt et sale et caepe vescuntur et poscam etiam in sacrificio libant, dum non velint dolium vini reserare.

28 compita sunt loca in quadriviis quasi turres, ubi sacrificia finita agricultura rustici celebrabant. merito pertusa, quia per omnes quattuor partes pateant. vel vetusta. aut compita proprie a compotando id est simul bibendo, pertusa autem, quia pervius transitus est et viris et feminis. vel compitum est non solum in urbe locus in quem plurimis viis itur, sed etiam viae publicae ac deverticuli aliquot confinium, ubi aediculae consecrantur patentes. ideo pertusa ad compita. in his fracta iuga ab agricolis ponuntur velut emeriti et elaborati operis indicium, sive quod omne instrumentum existiment sacrum. vel compita dicuntur, ad quae plura itinera competunt. 29 seriola est orcarum ordo directus vel vas fictile vini. 30 tunicatum, multis coriis purgatum.

31 pueri pultes amant. 32 mira auxesis. non boni vini set in aceto morientis. saepe enim videmus ut evanescente sapore corrumpatur. quod vulgo vappa dicitur.

25 Quaesieri *cum s super adiecta P* Quesierit α uettidi *P*: uettidis *p* uictidi α 26 miluus erat α miluus oberret *florilegium Frisingense (mus. rhen. 43 p. 502)* 29 ueteris α 30 mordes *Ppr.* 31 farrata *P*: fariratam α olla *P*: ollam α 33 A si α frigas α fricas *p*

est prope te ignotus cubito qui tangat et acre
despuat: 'hi mores, penemque arcanaque lumbi
runcantem populo marcentis pandere vulvas.
tunc cum maxillis balanatum gausape pectas,
inguinibus quare detonsus gurgulio extat?
quinque palaestritae licet haec plantaria vellant
elixasque nates labefactent forcipe adunca,
non tamen ista felix ullo mansuescit aratro'.
  caedimus inque vicem praebemus crura sagittis.
vivitur hoc pacto, sic novimus. ilia subter
caecum vulnus habes, sed lato balteus auro
praetegit. ut mavis, da verba et decipe nervos,
si potes. 'egregium cum me vicinia dicat,
non credam?' viso si palles, inprobe, nummo,
si facis in penem quidquid tibi venit, amarum
si puteal multa cautus vibice flagellas,

35 notandum singulariter lumbi. 36 runcari proprie segetes vel herbae dicuntur, cum extirpantur. vulvas vero pro natibus posuit multo audacius, nam feminarum loca vulvae sunt. 37 hoc dicit: cum barbam nutrias et unguento madidam pectas, quare inguina tua psilothro denudas? cum pexa barba delecteris, quam in maxillis tuis velut gausape habeas unguentatam et defricatam balano, cur pubem vulsam habes? 38 gurgulionem nunc penem dicit, cum proprie in gutture sit gurgulio. hinc iterum translationes sunt fortes.

42 allegoria a sagittariis, qui aliena crura sagittis feriunt et sua ferienda aliis praebent. 44 caecum vulnus habes. a gladiatoribus tractum, qui accepto vulnere inaurato idem balteo tegunt. allegoricos expressum intellectum de gladiatoribus. nam et nos habitu et dignitate tegimus mala nostra, cum ipsi eis assentamur.

49 vibices dixit cicatrices allegoricos, quod faeneratores debitoribus suis usuras innovantes tamquam vulnerum in eis cicatrices aperiant. flagellas dixit flagitas ad exigendum eos commovens. faeneratores ad puteal Scribonii Libonis, quod est in porticu Iulia ad Fabianum arcum, consistere solebant. multa vibice. id est multa et gravi usura, siquidem ut vibices, hoc est plagarum cicatrices, faciunt homines recordari, ita usurae damnum patrimonii

34 tangit α tę con *ante* tangat *super addidit* p 35 hi] o *superscr.* p 37 Tu cum ς pectes *Priscianus p. 333* 39 palestra α plantari α 40 Fluxasque *P* uel Elixasq. *superscr.* p forfice α 41 filix αp 42 preplemus *B* 44 s *in* habes *corr.* ~~*fortasse ex* t *P* lato altercus~~ α 46 potest α dicta α 48 amorum *Ioh. Sarisberiensis* 49 uiuice *P*

nequiquam populo bibulas donaveris aures.
respue quod non es, tollat sua munera cerdo.
tecum habita: noris quam sit tibi curta supellex.

V

Vatibus hic mos est, centum sibi poscere voces,
centum ora et linguas optare in carmina centum,
fabula seu maesto ponatur hianda tragoedo,
vulnera seu Parthi ducentis ab inguine ferrum.
'quorsum haec? aut quantas robusti carminis offas
ingeris, ut par sit centeno gutture niti?
grande locuturi nebulas Helicone legunto,
si quibus aut Procnes aut si quibus olla Thyestae

facientes cogunt memorari debitores. 51 barbarus ille imperitus nescio quis ex populo sibi habeat, quod te laudat. aut unus ex vicinis, quem alloquitur, habeat falsum testimonium. per cerdonem plebeiam turbam significat. ita populus dictus *ἀπὸ τοῦ κέρδους* id est a lucro. 52 translatio ab angusta re familiari.

V 1 hanc satiram scribit ad Cornutum. in qua eos culpat poetas, qui solent ad ornanda sua carmina, tamquam sint gravia et difficilia, centum linguas et centum voces exposcere, quodcumque opus velint scribere, sive bella sive tragoedias. dicit autem sibi iis vocibus opus non esse, uti qui mediam et vilem satirici carminis materiam scribit. superciliosa poemata scribentibus mos est forsitan intra se optare hoc, alioquin in nullo carminum notorum tale votum est, sed tantum hyperbole est. 3 hianda. a vocis magnitudine vel oris diductione. vel etiam ab habitu personarum, quas acturi accipiunt. 4 specialiter Parthi nomine usus est, cum generaliter barbaros significet. hoc et Horatius ait [*sat.* 2, 1, 15] aut labentis equo descripsit vulnera Parthi'. 8 Procne ob stuprum sororis, quod a marito est compressa, dolens filios suos, quos de Tereo marito habuit, occidit eique epulandos apposuit. similiter et Atreus Thyestis fratris filios interfecit propterea quod eius uxoris adulterio utebatur, et ei de filiis suis epulas praeparavit. qui Atreus habere dicebatur agnum purpureis velleribus, de quo oraculo responsum fuerat tam diu imperaturum, donec esset

50 uibulas *P* 51 Respuat *α* est *α P* 52 habita ut noris *α p*
V ad magistrum equitum Cornutum *P* 4 parti *P* parchi *α*
5 carminur offas *α* 8 Si quib; *P corr. fortasse ex* quis
procnes *α* progenes *P*

fervebit saepe insulso cenanda Glyconi.
tu neque anhelanti, coquitur dum massa camino,
folle premis ventos, nec clauso murmure raucus
nescio quid tecum grave cornicaris inepte,
nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas.
verba togae sequeris iunctura callidus acri,
ore teres modico, pallentis radere mores
doctus et ingenuo culpam defigere ludo.
hinc trahe quae dicis, mensasque relinque Mycenis

qui eum immolaret. et cum eum adultera moecho tradidisset immolandum, ille re cognita filios adultero comedendos apposuit. ex quo maximo crimine scripta tragoedia est. 9 hic Glycon tragoedus fuit Neronis temporibus. alii: Glyconem pantomimum significat. Glycon tragoedus populo mire placuit et ideo a Nerone manumissus est datis Vergilio tragoedo domino eius pro parte dimidia, quam possidebat, sestertiis trecentis milibus. nam dicunt * cum adhuc viveret, minax, staturae longae, corporis fusci, labio inferiore demisso, antequam subornaretur deformis, iocari nesciens. propter quod eum insulsum Persius dixit. 10 et Horatius ait [*sat.* 1, 4, 19] 'at tu conclusas hircinis follibus auras usque laborantes, dum ferrum molliat ignis, ut mavis, imitare.' 12 cornicaris novum a poeta verbum compositum. submurmuras et quasi cornicis voces profers. 13 stloppo dixit metaphoricos a ludentibus pueris, qui buccas inflatas subito aperiunt et totum simul flatum cum sonitu fundunt. 14 verba togae sequeris. id est apta paci vel forensia, quibus causidici in sermone cottidiano utuntur. toga est dicta, quod velamento suo corpus tegat atque operiat. est autem purum pallium forma rotunda et fusiore atque inundante sinu. et sub dextro veniens super umerum sinistrum ponitur. cuius similitudinem in operimentis simulacrorum vel picturarum aspicimus, easque statuas togatas vocamus. toga vero Romani in pace utebantur, belli autem tempore paludamentis. mensura togae iustae senas ulnas habebat. sic scribis, ut sermo tuus urbane atque apte iungatur. bona compositione tantum, id est versificatione discedens a vulgo. 15 peritus mores obtrectare vitiosos scribendo satiram et obiurgationis animadversione corrigere, ut medici radere dicuntur carnem de vulneribus putrem, dum ad vivum perveniant, quo facilius curent. 17 de moribus corrigendis scribe

9 inuiso *P* cycloni *P* (gliconi *superscr. manus recentissima*) 10 camino *αp schol. Hor. sat. 1 4, 19*: camini *P* 11 cluso *α* raucos *P* 12 quitecum *P* 13 stloppo *ς* 15 terens *α* teris *p* rodere *Ppr.* 16 ingenuo] u *rasa in P ex* ib? 17 dicas *ς* mycenas *P*

cum capite et pedibus, plebeiaque prandia noris.'
non equidem hoc studeo, pullatis ut mihi nugis
pagina turgescat dare pondus idonea fumo.
secrete loquimur. tibi nunc hortante Camena
excutienda damus praecordia, quantaque nostrae
pars tua sit, Cornute, animae, tibi, dulcis amice,
ostendisse iuvat. pulsa dinoscere cautus
quid solidum crepet et pictae tectoria linguae.
hic ego centenas ausim deposcere fauces,
ut quantum mihi te sinuoso in pectore fixi,
voce traham pura, totumque hoc verba resignent,
quod latet arcana non enarrabile fibra.
  cum primum pavido custos mihi purpura cessit
bullaque subcinctis Laribus donata pependit,

et tragoedias praetermitte. 18 cum capite et pedibus dixit ad superiorem sensum referens, ubi Atreum Thyestis filios coxisse commemoravit. cum ille minus quod comedebat agnosceret, capite et pedibus filiorum oblatis intellexit. 19 pullatas nugas tragoediarum ait propter tristes fabulas, et quod maxime pulla veste, id est lugubri, tragoedi utebantur. legitur et bullatis, id est ornatis. pullatis, palliatis graecis. 22 ad Annaeum Cornutum philosophum, egregium virum, quia eius auditor fuit, loquitur. sententia a Pythagora tracta, ille enim interrogatus quid esset amicus, respondit quae Horatius sic posuit [*od.* 1, 3, 9] 'et serves animae dimidium meae'. Persius autem ut aliquid novaret, permisit Cornuto aestimare, quantam vellet propriae animae partem suam dicere. 24 hoc dicit: scis enim intellegere, quid sit integrum aut vitiosum. ut idem supra [3, 22] 'respondet viridi non cocta fidelia limo'. 30 dicit se poeta mox praetexta deposita Cornutum sequi. praetexta puerilis est vestis qua usque ad sedecim annos pueri utebantur. pavido ait timenti, quod sub metu paedagogorum praetextati sunt. 31 bulla genus est vestis puerilis quam solent pueri deposita pueritia diis penatibus dare. vel certe ornamenti genus est quod ante pubertatem habebant. ut Iuvenalis [13, 33] 'dic senior bulla dignissime', id est qui dignus es dici puer. subcinctis Laribus. quia Gabino cinctu dii penates formabantur obvoluti toga supra umerum sinistrum et sub dextro.

18 *in margine* α plebi que *P* 19 bullatis ς ampullatis *Iahnius* 21 Secreti ς 22 quantaque α*p*: quandoque *P* 24 pulsandinoscere *Ppr.* 26 His *P* auxim *Ppr.* fauces *P*: uoces α 28 puta α torum *P corr. p* 29 Quo *P* arcanā *P* 30 Cui α 31 succinctus α

cum blandi comites totaque inpune Subura
permisit sparsisse oculos iam candidus umbo,
cumque iter ambiguum est et vitae nescius error
deducit trepidas ramosa in compita mentes,
me tibi supposui. teneros tu suscipis annos
Socratico, Cornute, sinu. tunc fallere sollers
adposita intortos extendit regula mores,
et premitur ratione animus vincique laborat
artificemque tuo ducit sup pollice vultum.
tecum etenim longos memini consumere soles
et tecum primas epulis decerpere noctes.
unum opus et requiem pariter disponimus ambo
atque verecunda laxamus seria mensa.
non equidem hoc dubites, amborum foedere certo
consentire dies et ab uno sidere duci:
nostra vel aequali suspendit tempora libra
Parca tenax veri, seu nata fidelibus hora

32 Subura pars urbis frequentissima et illecebris plena.

33 candidus umbo synecdochicos pro toga. alioquin et in praetexta candidus umbo est. 34 secundum Pythagorae rationem, qui Y litterae similem vitam nostram esse dicebat. 35 ramosa compita dicit plures vias habentia, ut in stemmate rami sparsi solent esse. 36 ineuntem adulescentiam meam sapientiae contubernio et morali tuitione suscipis. et bene ait hic suscipis propter quod ait supposui. 37 sollers fallere ideo dixit, quia cum stultis obrepatur, sapientes oportet recte cognoscere ut ipsa emendatio lente ac sine tormento fiat, ne asperitatem doctrinae in ipsis rudimentis non tolerantes impatienter ferant corrigi. 40 artificem vultum, per artem factum, secundum intellectum simulacrorum quae ab artificibus finguntur. 46 hoc secundum astrologos dicit, qui dicunt nativitates hominum in sideribus constare. 47 in diversa eiusdem librae lance impositi aequale examen habuerunt. libra autem significat unum ex duodecim signis. aequali libra, quia mensurae vice fungitur in aequinoctio. ut Vergilius [*g.* 1, 208] 'libra die somnique pares ubi fecerit horas'. horam nostram fatum, quod mutari nescit, libra coniunxit. 48 quia tantum

33 sparsis *B* 35 Diducit ς Traducit *Seruius Aen. VI 136*
36 seposui *αP*: supposui *flbril. Frising. cum aliis* suspicis *P* (pic *in ras.*) 37 tum *α* 40 Araficemque *α* 41 memini mè c. *P cf. choliambum 3* 45 fodere *α* 47 equalis *α* suspendit *αP*: suspendi ς *quod ante probaram hunc uersum nectens cum* duci, *cf. Vahlenus ind. lect. Berolin. aest. 1888 p. 14. similiter* uel *et* aut *inter se respondere fecit Propertius III 21, 25* 48 Perca *α* ora *P*

dividit in geminos concordia fata duorum,
Saturnumque gravem nostro Iove frangimus una:
nescio quod certe est quod me tibi temperat astrum.
mille hominum species et rerum discolor usus,
velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.
mercibus hic Italis mutat sub sole recenti
rugosum piper et pallentis grana cumini,
hic satur inriguo mavult turgescere somno,
hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille
in venerem putris; sed cum lapidosa cheragra

---

possunt gemini, quantum potest et libra circa mathematicos. ergo aut in libra sumus nati aut in signo geminorum, merito concordant mores et animi nostri. sub geminis enim nati in amicitiis permanent. in signum geminorum fata nostra dividit, id est dividendo coniungit. sensus ab Horatio tractus [*od.* 2, 17, 17] 'seu libra seu me scorpius aspicit formidolosus'. 50 Saturni stella malefica est illis quorum natalem diem aspicit, Iovis autem benefica, quae cum radiaverit, Saturni astrum frangit. 52 varios homines exprimit et quasi reprehendit et ut vultus esse dissimiles, ita actus diversos esse demonstrat. ut Horatius [*sat.* 2, 1, 27] 'quot capitum vivunt, totidem studiorum milia' et Terentius [*Phorm.* 454] 'quot capita, tot sententiae'. hoc dicit: cum variae hominum voluntates sint et diversa proposita, optimum est tuum, quod imbutus hortor etiam ceteros affectare. 54 et hic est sensus ab Horatio tractus [*sat.* 1, 4, 29] 'hic mutat merces surgente a sole'. et hoc dicit: hunc delectant mercimonii lucra, dum alias merces aliis mercibus mutat. 55 est enim contrarium sanguini, quo accepto tabescit sanguis et nascitur pallor. unde Horatius [*epist.* 1, 19, 17] 'quod si pallerem casu, biberent exsangue cuminum'.
56 ut Vergilius [*Aen.* 3, 511] dixit somno irrigari corpora.
57 alius studium aleae facit et re familiari spoliatur. unde decoctores rerum suarum venditores dicimus alieno aere cogente.
58 alter assiduo coitu enervis efficitur. ad concubitum inutilis et solutus et libidinosus et ipsa re infirmus. legitur et in venerem putrit, id est putrescit, conficitur. lapidosam chiragram dicit articularem morbum manuum, quia chiragricorum articuli tubercula habent quae lapidis duritiam exercent, et sunt ramorum fere tumidorum similitudine pares. legitur et [*fregerit*] curvaverit, sicut ventus arbores vel earum ramos.

49 Diuidet *p* 50 iouem *α* imam *α* 51 certum *P* 54 talis *α* 58 putriset *P* putritset *p*

fecerit articulos veteris ramalia fagi,
tunc crassos transisse dies lucemque palustrem
et sibi iam seri vitam ingemuere relictam.
at te nocturnis iuvat inpallescere chartis,
cultor enim iuvenum purgatas inseris aures
fruge Cleanthea. petite hinc puerique senesque
finem animo certum miserisque viatica canis.
'cras hoc fiet.' idem cras fiet. 'quid? quasi magnum
nempe diem donas.' sed cum lux altera venit,
iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras
egerit hos annos et semper paulum erit ultra.
nam quamvis prope te, quamvis temone sub uno
vertentem sese frustra sectabere canthum,
cum rota posterior curras et in axe secundo.
libertate opus est. non hac, ut quisque Velina

63 tractum est ab agricolis qui arbores infructuosas, ut sint fertiles, purgant et inserunt. 64 stoicorum praeceptis, cuius sectae Cleanthes philosophus fuit. 70 hunc locum poeta per similitudinem raedae, quod est genus vehiculi quattuor rotarum, exprimit dicens: licet sub uno temone praecedens et subsequens rota decurrat, numquam tamen posterior praecedentem consequitur, licet parvo spatio interposito, tantundemque prior quantum et posterior volvitur. ita nos docet quod diem, quem differendo doctrinam perdimus, numquam diei subsequentis studio reparamus. 73 ad sapientiam hortaturus materiam hanc sibi delegit dicens solum liberum esse sapientem. constat autem Aristippum sic iuvenes solere ad studium sapientiae hortari. libertate opus est. tamquam si diceret: sapientia omnibus necessaria est. non illam libertatem dicit, qua quisque per manumissionem civis Romanus factus consequitur et in tribu Velina censeri et publicum frumentum accipere, sed eam libertatem quae de studio philosophiae nascitur. Velina tribus numero aliarum tribuum accessit. nam qui circa Velinum lacum habitabant, Romam translati sunt. Romae autem erat consuetudo, ut omnes qui ex manumissione cives Romani fiebant, in numero civium Romanorum frumentum publicum acciperent. sensus est: libertate utendum est,

59 Fecerit *α*: Fregerit *P* faci *α* 61 uita *P* relicta *P cf. Claudianus in Eutropium II 501* 62 carthis *αP* 63 enim es (*fuerat* est) iuuenum *P* 64 cleteanthea *α* cliantea *P* 65 miserique *Ppr.* 66 cras fiat *α* 67 diest *α* 68 externum *P* 69 hos *αp*: hoc *P* 70 quam prope se *α* quamquam ς temone *corr. ex* temono *α ex* tenemo *P* 71 se *P* cantum *αP* 73 *distinguebant* quisque *ab* ut

Publius: emeruit, scabiosum tesserula far
possidet. heu steriles veri, quibus una Quiritem
vertigo facit. hic Dama est non tresis agaso
vappa lippus et in tenui farragine mendax:
verterit hunc dominus, momento turbinis exit
Marcus Dama. papae. Marco spondente recusas
credere tu nummos? Marco sub iudice palles?
Marcus dixit, ita est. adsigna, Marce, tabellas.
haec mera libertas, hoc nobis pillea donant.
'an quisquam est alius liber, nisi ducere vitam
cui licet ut libuit? licet ut volo vivere: non sum
liberior Bruto?' 'mendose colligis' inquit
stoicus hic aurem mordaci lotus aceto
'hoc reliqum accipio, "licet" illud et "ut volo" tolle.'
'vindicta postquam meus a praetore recessi,
cur mihi non liceat, iussit quodcumque voluntas,
excepto siquid Masuri rubrica vetavit?'

non autem illa quam Publius emeruit, qui per tesseram scabiosum far possidet, id est corruptum et putre frumentum. 76 vertigo facit. quia quotiens manumittebant, eos alapa percussos circumagebant et liberos confirmabant. unde manumissio dicta. eo quod manu emitteretur. Quiritem autem singulariter abusive dixit licentia poetica. nam sicut pater conscriptus non dicitur, ita nec Quiritem dicere possumus. 76 agaso servus iumentorum minister.

82 pillea donant. de servis qui beneficio dominorum manumittebantur, ut superius dixit [3, 105] 'at illum hesterni capite induto subiere Quirites'. 83 propositio talis est syllogismi: alius liber non est, nisi si cui licet vitam secundum suam voluntatem producere. assumptio est haec: mihi autem licet vivere ut volo. deinde infertur conclusio: sum ergo Bruto liberior. contradicit autem philosophis propositionibus huic Persius dicens falsam esse eius collectionem, quod omnis quidem, qui vivit sicut vult, liber sit, hic autem secundum quod in assumptione superius dixit, non voluntati suae serviens vivat, cum vitiis sibi dominantibus trahatur. 88 vindicta virga est qua manumittendi a praetore in capite pulsantur, ideo dicta quod eum vindicat libertati. 90 hic Masurius Sabinus

75 uiri *P* 76 dama est *P*: damasus *α* 77 tenuit ferragine *Ppr.* 78 turbinis *P*: temporis *αp* 82 hec nobis *α* donat *P*
84 libuit *αp*: uoluit *P. a libendo dicta putabatur libertas* (*Iustin. instit. I 3, 1*) sim *Ppr.* 85 Liberio *Ppr.* 87 Hoc reliqum *P*: Haec reliqua *α* illut detuo tolle *P corr. p* 90 Expecto *P corr. p* mansuri *α* uetabit *Heinrichius*

disce, sed ira cadat naso rugosaque sanna,
dum veteres avias tibi de pulmone revello.
non praetoris erat stultis dare tenvia rerum
officia atque usum rapidae permittere vitae:
sambucam citius caloni aptaveris alto.
stat contra ratio et secretam garrit in aurem,
ne liceat facere id quod quis vitiabit agendo.
publica lex hominum naturaque continet hoc fas,
ut teneat vetitos inscitia debilis actus.
diluis elleborum, certo conpescere puncto
nescius examen? vetat hoc natura medendi.
navem si poscat sibi peronatus arator
luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse
frontem de rebus. tibi recto vivere talo
ars dedit? et veris speciem dinoscere calles,
nequa subaerato mendosum tinniat auro?
quaeque sequenda forent, quaeque evitanda vicissim,

legis consultus fuit. rubricam vocat minium quo tituli legum adnotabantur. 91 disce, inquit, et desine irasci, quo possim, dum subsannationem posueris, aniles fabulas quas nutris, de tuis praecordiis extrahere. 95 calones dicuntur militares servi. alto dixit quod proceri eliguntur propter belli necessitatem. aut certe alto quod alte cinguntur. aut alto quod superbi sunt. significat autem rem ineptam facilius doceri quam necessariam. sambucam genus ligni fragilis unde quasi tibiae componuntur. 96 resistit ratio, id est sapientia, ne alicui liceat illud facere quod agendo peius vitiosum efficiat. 100 non ad trutinam, sed ad stateram rettulit, quae punctis et unciis signatur. 103 exclamet Melicerta nullum esse pudorem, templum enim pudoris est frons.

Melicertes deus marinus, Inus filius in deorum numerum relatus, qui graece *Παλαίμων*, latine Portunus dicitur. 104 licet possint simpliciter ad Cornutum dicta intellegi, manifeste tamen eironicos ad illum dicit quem castigat. 105 ita callidus es similitudinem veritatis agnoscere, ut aes auro obvolutum percutiendo intellegas? sicut nummularii faciunt qui nondum instructi denarios auro infectos pro auro accipiunt, quia usum dinoscendarum earum rerum non habent. 107 ut Horatius [*sat.* 2, 3,

92 auias *ex* aulas *P* se abias α scabies ς 93 erit α tenua *P* 97 id *om.* α uitiabit *florilegia Parisina* (*mus. rhen. 43 p. 496*): uitiauit α *P* 100 Dilluis *P* 102 peronatus *schol. Hor. ep. II 1, 114*: perocinatus α perornatus *P* 103 exclamat *P* 104 rebi α 105 ueris *P*: ueri α *cum libris Prisciani p. 433* specimen α 106 oro α

illa prius creta, mox haec carbone notasti?
es modicus voti, presso lare, dulcis amicis?
iam nunc adstringas, iam nunc granaria laxes,
inque luto fixum possis transcendere nummum
nec gluttu sorbere salivam Mercurialem?
'haec mea sunt, teneo' cum vere dixeris, esto
liberque ac sapiens praetoribus ac Iove dextro.
sin tu, cum fueris nostrae paulo ante farinae,
pelliculam veterem retines et fronte politus
astutam vapido servas in pectore volpem,
quae dederam supra, relego funemque reduco:
nil tibi concessit ratio; digitum exere, peccas,
et quid tam parvum est? sed nullo ture litabis,
haereat in stultis brevis ut semuncia recti.
haec miscere nefas, nec cum sis cetera fossor,
tris tantum ad numeros satyrum moveare Bathylli.

246] 'quorsum abeant, sani creta an carbone notandi'. 111 sordidum lucrum spernis. aut certe visum in luto nummum praetermittis. quia solent pueri, ut ridendi causam habeant, assem in silice plumbatum figere, ut qui viderint, se ad tollendum eum inclinent nec tamen possint evellere. quo facto pueri etiam acclamare solent. 112 cupidi pecuniae cum lucrum effulserit, velut gulosi visis deliciis salivam glutiunt. Mercurialem ideo dixit, quia ipsum deum lucri dicunt, unde et cum sacello pingitur et a negotiatoribus plurimum colitur. 113 tunc te liberum esse dico tam Iove quam praetore propitio. Iovem ad libertatem animi, id est ad sapientiam, praetorem autem dixit ad eam libertatem quae servitutis caret condicione. 115 nostrae farinae. dicit nostrae sectae. ac si diceret nostrae vitae. 116 pelliculam veterem, antiquum vitium. tractum est ab anthiope quae non mutat pellem suam, nec pardus varietatem suam, sed in qua pelle natus est, in ea moritur. 118 habenas meae licentiae quas dederam traho, dum libertatem quam tibi concesseram adimo. 119 digito sublato ostende victum te esse a vitiis. tractum a gladiatoribus, qui victi ostensione digiti veniam a populo postulabant. 122 cum sis fossor, non possis moveri vel ad tres numeros satyri Bathylli, id est pantomimum sequi non possis. 123 Bathyllus

108 notasse *α* 109 Et *P* praeso *P* 111 transcedere *α* 112 glutto *α* 115 nostro *α* 116 politas *α* 117 seruans *P* sub *ς* 118 repeto *ς* finemque *α* 121 insultis *BP* instultis *bp* et semuntiat *α* 122 nec *expunxit et* quā *superscr. p* 123 numero satyri *P* numeros satyri *schol. Hor. ep. II 2, 125* bathillo *α* beatilli *corr. in* batilli *P*

'liber ego.' unde datum hoc sumis, tot subdite rebus?
an dominum ignoras nisi quem vindicta relaxat?
'i puer et strigiles Crispini ad balnea defer'
si increpuit, cessas nugator, servitium acre
te nihil inpellit, nec quicquam extrinsecus intrat
quod nervos agitet? sed si intus et in iecore aegro
nascuntur domini, qui tu inpunitior exis
atque hic, quem ad strigiles scutica et metus egit erilis?
  mane piger stertis. 'surge' inquit Avaritia 'heia
surge.' negas. instat, 'surge' inquit. 'non queo.' 'surge.'
'et quid agam?' 'rogas? en saperdas advehe Ponto,
castoreum, stuppas, hebenum, tus, lubrica Coa;
tolle recens primus piper ex sitiente camelo;
verte aliquid; iura.' 'sed Iuppiter audiet.' 'eheu
baro, regustatum digito terebrare salinum
contentus perages, si vivere cum Iove tendis.'
iam pueris pellem succinctus et oenophorum aptas,
ocius ad navem, nihil obstat quin trabe vasta
Aegaeum rapias — ni sollers Luxuria ante
seductum moneat 'quo deinde, insane, ruis, quo?
quid tibi vis? calido sub pectore mascula bilis

pantomimus fuit Maecenatis libertus. 124 transit ut doceat quam multos stulti dominos habeant quamque nihil arbitrio suo sed iussu vitiorum efficiant. 126 strigiles dicuntur illa velaria, unde athletae post laborem terguntur. hoc est a tergendo, quod graece *στλεγγίζω* dicitur. 129 colligit non minus servire eum qui vitio deditus est, quam eum qui a domino ob segnitiam ministerii potest verberari. 134 excitatus tandem surgit. cuius vox est ad excitantem 'et quid agam?'. respondet 'rogat' id est dicit: quid agam? saperda genus salsamenti quod ex pisce fit.
138 barones dicuntur servi militum qui utique stultissimi sunt, servi scilicet stultorum. 140 oenophorum vas vinum ferens, *οἶνος* enim vinum est. de quo est illud [*Lucili*] 'vertitur oenophori f. s. n.'

124 sumis *P*: sentis α *cf. Hor. sat. II 2, 31* 127 nugutcor seruiuium α 128 nequicquam α 129 in pectore *P* 130 quid α quin *P* 131 stringilis *P* scutita α (scutitet m. *B*) scyticę *P* 134 En quid *florilegium Parisinum* rogitas saperdas *aut ut floril. Paris.* rogitas en saperdam ς *num corripuit poeta* rogas *more prisco ac uolgari? cf. scholion* 135 rubrica α 136 et α*P* camelo *p*: camello α*P* 137 audiat *P* (it ut *supra* aud- *scripsit p*) heu *Ppr.* 138 Varo α*p* 141 Octius α qui in α trabea *Ppr.* uastra α 144 callido *P*

intumuit, quam non extinxerit urna cicutae?
tu mare transilias? tibi torta cannabe fulto
cena sit in transtro, Veientanumque rubellum
exalet vapida laesum pice sessilis obba?
quid petis? ut nummi, quos hic quincunce modesto
nutrieras, peragant avidos sudore deunces?
indulge genio, carpamus dulcia, nostrum est
quod vivis, cinis et manes et fabula fies,
vive memor leti, fugit hora, hoc quod loquor inde est.'
en quid agis? duplici in diversum scinderis hamo.
huncine an hunc sequeris? subeas alternus oportet
ancipiti obsequio dominos, alternus oberres.
nec tu cum obstiteris semel instantique negaris
parere imperio, 'rupi iam vincula' dicas;
nam et luctata canis nodum abripit, at tamen illi,
cum fugit, a collo trahitur pars longa catenae.
'Dave, cito, hoc credas iubeo, finire dolores

145 cicuta hic genus liquoris est quod calorem in nobis frigoris sui vi extinguit. ideoque sacerdotes Cereris Eleusiniae, quibus usus veneris interdicebatur, hoc liquoris genere utebantur, ut a concubitu abstinerent. 147 Veientanum dixit vinum in Veiente natum. rubellum, id est russeum, sed non magni pretii. unde Horatius culpans avarum dicit [*sat.* 2, 3, 143] 'qui Veientanum festis potare diebus'. 148 obba genus vasis ex sparto factum. 149 cur navigas? an pecunia quae tibi quincunces verecunde praestavit, cum periculo deunces praestet?

153 tempus quod loquendo transigimus, de tuo perit. ut Horatius [*od.* 1, 11, 7] 'dum loquimur, fugit invida aetas'. 161 hunc locum de Menandri Eunucho traxit, in quo Davum servum Chaerestratus adulescens alloquitur tamquam amore Chrysidis meretricis derelicto, idemque tamen ab ea revocatus ad illam redit. apud Terentium personae immutatae sunt. quod exemplum inducit ad similitudinem vitiorum, a quibus recedere non possumus. hoc et Horatius [*sat.* 2, 3, 259] et Terentius similiter in Eunucho cum

145 quam *P*: uel quod *p* quod *α* 146 Tun *ς* tracilias *α* 147 intrastro (n *add. p*) uellentanumque *P* 148 Exalat *Ppr.* uapidi *α* picem *P* cessilis *α* 150 Nutrieras *om. α add. b* pergant *α* auido *ς* suadare *P sed altera* a *in rasura scripta quasi primum* suadore *fuerit*: sudore *αp* sudare *ς* deunges *Ppr. cf. arch. lexicogr. lat. I p. 108* 153 locor *α* 157 Nec tuum *α* instantique *αp*: instantibusque *P* 159 arrumpit *P* arripit *p* at *P*: et *α* 160 traitur *α*

praeteritos meditor' crudum Chaerestratus unguem
adrodens ait haec 'an siccis dedecus obstem
cognatis? an rem patriam rumore sinistro
limen ad obscaenum frangam, dum Chrysidis udas
ebrius ante fores extincta cum face canto?'
'euge puer, sapias, dis depellentibus agnam
percute.' 'sed censen, plorabit, Dave, relicta?'
'nugaris? solea, puer, obiurgabere rubra.
ne trepidare velis atque artos rodere casses,
nunc ferus et violens, at si vocet, "haut mora" dicas.'
'quidnam igitur faciam? nec nunc, cum arcessat et ultro
supplicet, accedam?' 'si totus et integer illinc
exieras, nec nunc.' hic hic quod quaerimus, hic est,
non in festuca, lictor quam iactat ineptus.
ius habet ille sui, palpo quem tollit hiantem
cretata ambitio? 'vigila et cicer ingere large
rixanti populo, nostra ut Floralia possint
aprici meminisse senes.' quid pulchrius? at cum
Herodis venere dies, unctaque fenestra

dicit [46] 'quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem cum arcessor ultro?' 165 udas fores dixit, quas amatores solent unguento perfundere, et ante ianuam earum noctem vigiliis et cantu transigere. 167 sacrifica diis depulsoribus. 170 artos casses dixit spissa retia. tractum a feris quae inclusae retibus, dum ea rodunt, se magis implicant. 175 ille qui manumittitur, non in ea virga qua a lictore percutitur, ius libertatis certissimum accepit, cum in animo liber non sit sed vitiis trahatur. praecipue tamen ei blanditur cretata ambitio, quasi pulchra et a superficie illita, ut largiendo honores a populo mereatur, quibus innotescat.
177 sparge, inquit, populo cicer. hoc enim in ludis Floralibus inter cetera munera iactabatur, quoniam Terrae ludos colebant et omnia semina super populum spargebant ut tellus muneribus suis placaretur. 180 hic de superstitionibus tractat ostendens etiam qui superstitionibus sit deditus servire. hic Herodes apud Iudaeos regnavit temporibus Augusti in partibus Syriae. Herodis ergo diem natalem Herodiani observant. aut etiam sabbata, quo die

163 Atrodens α 167 dis pellentibus α 168 censem α plorauit dabere relicta *P* 169 obiurgauere *P* 170 radere cassas *P* 171 uoce et *Ppr.* aut α 172 accessor α 174 ne nunc *P* nunc nunc α quem ς 175 quem α 176 palpo *mihi ablatiuus est, aliis nominatiuus* (*Priscian. p. 121*) que α tollit *P*: ducit α 177 citer α 178 ponsint α 179 at tum α

dispositae pinguem nebulam vomuere lucernae
portantes violas, rubrumque amplexa catinum
cauda natat thynni, tumet alba fidelia vino,
labra moves tacitus recutitaque sabbata palles.
tum nigri lemures ovoque pericula rupto,
tum grandes galli et cum sistro lusca sacerdos
incussere deos inflantis corpora, si non
praedictum ter mane caput gustaveris ali.
dixeris haec inter varicosos centuriones,
continuo crassum ridet Pulfennius ingens
et centum Graecos curto centusse licetur.

lucernas accensas et violis coronatas in fenestris ponunt. 182 tunc rubrum fictile, quod est Arretinum, cauda thynni amplectitur.

184 recutitaque sabbata. instituta Iudaeorum significat propter circumcisionem, quam auctores suos secuti faciunt. 185 Lemures dicuntur dii manes, quos Graeci δαίμονας vocant, velut umbrae quandam divinitatem habentes. Lemuria autem dicuntur dies quando manes placantur. ovoque pericula rupto. sacerdotes qui explorandis periculis sacra faciebant, observare solebant ovum igni impositum, utrum capite an latere desudaret. si autem ruptum effluxerat, periculum ei portendebat, pro quo factum fuerat, vel rei familiari eius. 186 sistrum sacerdotes Isidis portabant. lusca autem, quod omnes debiles aut deformes cum maritos non invenerint, ad ministeria deorum se conferant. vel quod Aegyptii tam deos quam sacerdotes de monstris habeant. 187 dicunt, si alium ieiuni gustaverint, contra artem magicam remedium esse.

189 si haec ante stultos milites dicas, qui solent etiam de sapientibus ridere, quantum cachinnis indulgeant dicentes centum philosophos centum nummos non valere. varices sunt venae mixtae nervis in pedibus nimio labore tumentes. 191 curto. tamquam nonaginta novem.

183 nat *α* tymni *P* 184 recutit atque *Ppr.* 185 periculo *α* 186 Tum *α*: Hinc *P* systro *P* luscra *α* 188 alit *P* tilli *B* 190 pulfenius *P*: fulfenius *α* 191 cureo *α* uno ***Priscianus** GLK. III p. 410* ligetur *α* centus eligetur *P **quod correctum est in*** centuse licetur

VI

Admovit iam bruma foco te, Basse, Sabino?
iamne lyra et tetrico vivunt tibi pectine chordae?
mire opifex numeris veterum primordia vocum
atque marem strepitum fidis intendisse latinae,
mox iuvenes agitare iocos et pollice honesto
egregius lusisse senex. mihi nunc Ligus ora
intepet hibernatque meum mare, qua latus ingens

VI 1 hanc satiram scribit ad Caesium Bassum lyricum poetam. quem fama est in praediis suis positum ardente Vesuvio monte Campaniae et late ignibus abundante cum villa sua ustum. hic ergo dum viveret, Roma ad Sabinos secesserat, ubi hiemali tempore in loco calido carmina scribebat. se autem dicit Persius apud Liguriam fuisse in loco ubi portus naturali flexu curvatus fluctus in se recipit, qui propter curvationem portus Lunae vocatur. cuius etiam Ennius in principio annalium suorum meminit hoc versu, quem etiam Persius carminibus suis iunxit et refert ab Ennio ablatum. qui Ennius hoc scripsit, dum se in Parnaso somniasse dixisset et visam Homeri animam secundum Pythagorae dogmata per aliorum corpora ad se venisse. 3 sensus est: o mirande artifex varietate numerorum, quam de metris graecis excerpis et masculos sonos latinis aptas carminibus. 4 masculum et fortem sonum, non quo solent quidam velut muliebri ac molli voce cantare. fidis genus est citharae quod tam singulariter quam pluraliter dicitur. ut Horatius [*od.* 1, 17, 18] 'et fide Teia dices laborantes in uno'. pluraliter, ut Vergilius [*Aen.* 6, 120] 'Threicia fretus cithara fidibusque canoris'. 5 iuvenes iocos, ideo quod lyricum carmen de iuvenum sit amore compositum. et pollice honesto, quia citharizantes non solum plectro verum etiam digito de chordis sonos educunt. ut Vergilius [*Aen.* 6, 647] 'iamque eadem digitis i. p. p. e.'

6 se ipsum Persius significat secessisse in Liguriae fines propter Fulviam Sisenniam matrem suam, quae post mortem prioris viri ibi nupta erat. vel quod in brumalia frigora tepidum caelum Ligus ora praebeat. 7 hibernat, saevit vel a navigiis vacat. sicut

VI ode quinta *B* ad cestum bassum lycurium (*i.* lyricum) poetam *P. Sublaquensem fundum habebat C. Caesius Bassus CIL. XIV 3471* 2 neclyra *α* lyre et tricae uiunt *P in rasura* (*potest olim fuisse* lyre tetricae) lyra et tetricae uiuunt *p* chorde *om. α add. B* cordę *P* 3 pr. rerum uocum *P* (uocum *adscripsit fortasse p*) 4 matrem *B* 6 Aegregius *α* Aegrecius *P* Aegregios *p* iussisse *α* senes *p* ligusyora *α* 7 hibetnatque *α* hibernaque *Ppr.*

dant scopuli et multa litus se valle receptat.
Lunai portum, est operae, cognoscite, cives:
cor iubet hoc Enni, postquam destertuit esse
Maeonides, Quintus pavone ex Pythagoreo.
hic ego securus volgi et quid praeparet auster
infelix pecori, securus et, angulus ille
vicini nostro quia pinguior; et si adeo omnes
ditescant orti peioribus, usque recusem
curvus ob id minui senio aut cenare sine uncto
et signum in vapida naso tetigisse lagoena.
discrepet his alius. geminos, horoscope, varo
producis genio: solis natalibus est qui

enim naves hibernare dicimus, cum non navigant, sic et mare hibernare dicimus, dum non navigatur. 9 o cives, operae pretium est portum in modum lunae factum cognoscere. Lunai vero secundum antiquam declinationem dixit, ut Vergilius [*Aen.* 7, 464] 'furit intus aquai'. 10 hunc versum ad suum carmen de Ennii carminibus transtulit. merito ergo ait 'cor iubet hoc Enni, postquam destertuit.' sic Ennius ait in annalium suorum principio, ubi dicit se vidisse in somnis Homerum dicentem fuisse quondam pavonem, et ex eo translatam in se animam esse, secundum Pythagorae philosophi definitionem, qui dicit animas humanas per *παλιγγενεσίαν* id est per iteratam generationem exeuntes de corporibus in alia posse corpora introire. ideo quintus dicit, propter eam opinionem quae dicit animam Pythagorae in pavonem translatam, de pavone vero ad Euphorbum, de Euphorbo ad Homerum, de Homero autem ad Ennium. 14 nec si humilium nati extiterint locupletiores, idcirco damno comminui senectutem desiderem. solent enim sibi optare mortem ii qui minorum substantiam crementari vident, ne quos oderunt, felices videant. 17 solent avari signum in vasis vinariis ponere et sic diligenter aspicere, ut oculos propius admovendo ea naso tangant. 18 dissentiat his rebus a me qui vult, prodige vel tenuiter vivat. licet horoscope sub una hora geminos producas, dissimilibus tamen fatis et voluntatibus eos in vitam trahis. 19 solis natalibus. avarum significat, qui tantummodo diebus festis caules oleo unctos putans delicias comedit.

9 Luni α portum αp: praetium *P* cognoscere *P* 11 quinto *Charisius p. 98* pauone *p Charisius*: pauonem αP 12 uulgi αp 14 pinguior, etsi *uolgo* 15 horti αP 16 obit αP: ob id *p* unto α 18 uarro α 19 ingenio *P* es qui *P corr.* *p*

tinguat olus siccum muria vafer in calice empta,
ipse sacrum inrorans patinae piper; hic bona dente
grandia magnanimus peragit puer. utar ego, utar,
nec rhombos ideo libertis ponere lautus,
nec tenuis sollers turdarum nosse salivas.
messe tenus propria vive et granaria, fas est,
emole. quid metuas? occa, et seges altera in herba est.
at vocat officium, trabe rupta Bruttia saxa
prendit amicus inops remque omnem surdaque vota
condidit Ionio, iacet ipse in litore et una
ingentes de puppe dei iamque obvia mergis
costa ratis lacerae: nunc et de caespite vivo
frange aliquid, largire inopi, ne pictus oberret
caerulea in tabula. sed cenam funeris heres
negleget iratus, quod rem curtaveris; urnae
ossa inodora dabit, seu spirent cinnama surdum

20 muria dicitur liquamen malum vel liquaminis faeces vel quod proprium est, aqua mixta cum sale. 22 utar, nec maiores delicias clientibus meis apponam, nec adeo in hac re callidus sum, ut turdorum sapores discernam. solent enim quidam gulae dediti tantae subtilitatis habere palatum, ut cognoscant turdos, si acinarius an cellarius aut vivarius sit, et si masculus sit an femina. quos velut peritia procacis gulae facit in hac re attentos. turdarum abusive posuit, cum turdorum dicere debuerit, ut Horatius ponit [*sat.* 1, 5, 72] 'paene macros arsit dum turdos versat in igne'.

26 occare est, cum rustici satione facta bobus dimissis glaebas caedunt ac ligonibus frangunt. dicta occatio quasi occaecatio, quod cooperiat semina. 30 navium tutelam dicit, quam in puppibus habent vel pingunt. 32 ne pictus oberret. quia solebant naufragi casus suos pingere in tabula, per quam ad misericordiam moverentur videntes. 33 verba avari vel inmisericordis ad Persium: hoc non faciam, ne heres meus mihi irascatur quod largiendo hereditatem deminuam, aut funeri meo, ut solet fieri, ne cenam quidem impendat. 35 aut inodora, sine odore hoc est sine unguentis, aut inhonora, id est mortis honore carentia, sine sepultura.

20 holus *α* calicce *Ppr.* 23 rombos *P*: scombros *α* lautis *α* 24 turdorum *αp cf. Sergius et Pompeius GLK. IV p. 494 et V p. 161* 26 Emule *α* metuis *α* 27 A∗*P erasa* t *aut* d: Ast *αp* brutia *P* brucia *α* 29 iouio *α* 30 deliamque *P* mergit *A* 31 lacurę *P* 34 rem *om.* *α* 35 Hossa *α* inodora *P*: inhonora *α* dabit] da *in rasura*, bit *superadditum P*

seu ceraso peccent casiae, nescire paratus.
'tune bona incolumis minuas?' et Bestius urguet
doctores Graios: "ita fit; postquam sapere urbi
cum pipere et palmis venit nostrum hoc maris expers,
faenisecae crasso vitiarunt unguine pultes."
haec cinere ulterior metuas? at tu, meus heres
quisquis eris, paulum a turba seductior audi.
o bone, num ignoras? missa est a Caesare laurus
insignem ob cladem Germanae pubis, et aris
frigidus excutitur cinis, ac iam postibus arma,
iam chlamydas regum, iam lutea gausapa captis
essedaque ingentesque locat Caesonia Rhenos.
dis igitur genioque ducis centum paria ob res
egregie gestas induco. quis vetat? aude.
vae, nisi conives. oleum artocreasque popello
largior. an prohibes? dic clare. 'non adeo' inquis.

36 solent pigmentarii ceraso casiam admiscere, sicut et alias merces adulterant. 37 verba avari, quae sibi a suo herede dicta fingit: tune rem familiarem ad me tua morte defluxuram minuas? 38 eo modo contigit ut externam sapientiam pariter cum peregrinis mercibus emeremus. 40 crasso unguine. quia cum rusticis oleum defuerit, adipem pecudum in pultes missum pro oleo accipiunt. 41 verba Persii ad avarum, qui se de verbis sui heredis, ne largiretur inopi, excusabat. et hoc dicit: numquid postquam sepultus fueris, timeas ne sine honoribus heres tibi faciat sepulturam? 43 o mi heres, ne te scire dissimules, cognosce Caesaris grandem de Germanis triumphum. propter quod templa donis et arae victimis ab omnibus cumulantur. et ego in honorem deorum vel principis genio sacrificia praeparo omnia centena mactare, id est centum tauros et centum oves. 45 captivorum arma ob indicium victoriae in postibus figebantur. 46 ad splendorem triumphi vestes nobiles ipsius uxor principis praeparat. gausapa dicit genus pillei quo captivorum capita induebantur.
51 omnia populo expendam.

36 picent α castae *P* 37 Tune — minuas? *et* 41 Haec — metuas? *inter se transposuit Sinnerus, uersus* 37—40 *posterius huc accessisse coniecit C. F. Hermannus* et α*P*: sed *p* 39 pipere *p*: piper α*P* 40 crassa α*P* 41 Hic meride ulterior α 43 Obenum ignoras α 44 caudem *P* laudem *p* 46 clamidas *P* clamides α captis *P Priscianus p. 333 et 350*: uictis α uel uictis *margo P* 47 ingentes *sine* que α rhenus α 48 paria *om. in uersu add. in margine P* patria α 49 Aegregiae *P* Egregia α 50 conlues α 51 largior *P Priscianus p. 479*: largiar α audeo *P*

'exossatus ager iuxta est.' age, si mihi nulla
iam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis
nulla manet patrui, sterilis matertera vixit,
deque avia nihilum superest, accedo Bovillas
clivumque ad Virbi, praesto est mihi Manius heres.
'progenies terrae?' quaere ex me quis mihi quartus
sit pater: haut prompte, dicam tamen; adde etiam unum,
unum etiam: terrae est iam filius, et mihi ritu
Manius hic generis prope maior avunculus exstat.
qui prior es, cur me in decursu lampada poscas?

52 non te audeo prohibere, quicquid velis de hereditate tua ut facias, quia ager plenus lapidibus non longe est, quibus me contradicentem obruas. nam exossatus ager est plenus lapidibus secundum eos qui definiunt lapides ossa esse terrae, ut Ovidius in metamorphoseon ait [1, 393] 'lapides in corpore terrae ossa reor dici'. age si mihi nulla. hic poeta tangit heredipetas, qui quamvis nulla cognatione testatoribus adhaereant, tamen propinquos vel heredes se videri volunt. 55 Bovillae sunt vicus ad undecimum lapidem Appiae viae. nam aliquando in Albano monte ab ara fugiens taurus iam consecratus ibi comprehensus est. unde Bovillae dictae. 56 quattuor milibus abest Virbii clivus, qua iter est ad Ariciam et ad nemus Dianae, ubi Virbius colitur, id est Hippolytus, quod bis in vitam prolatus sit. nam cum Hippolytus a Phaedra noverca ob pulchritudinem corporis amaretur, eam sprevit patris thalamos nolens violare. quod cum Hippolytus patri narraret, eum noverca verso crimine ultro Theseo marito accusavit. quo agnito Hippolytus fugit, et dum curru in litore exerceretur, petiit a Neptuno Theseus ut ei phocas, id est vitulos marinos immitteret. quo facto equi eius pavescentes eum iactaverunt, et mortuus est. dolens Diana speciosum venatorem amisisse, Asclepium deum medicinae inventorem petiit, ut eum sua arte ad vitam reduceret. quo facto Asclepius eum vivum Dianae restituit, et acceptum Diana in luco suo ut securus viveret consecravit et Virbium vocavit merito, quod bis in vitam prolatus esset. continuo mihi Manius occurrit qui se heredem meum esse dicit, cum eum nesciam. aut certe Manium dicit deformem et ignotum hominem eo quod maniae dicuntur indecori vultus personae, quibus pueri terrentur. 61 apud Athenas ludi celebrabantur in

52 iusta *et* i *fortasse ex* n *P corr. p* 54 patruis *P* 55 accede *α* 56 uerbi *Ppr.* mannius *α P*, *item* 60, *sed in rasura hic* nnius *illic* nni *P* 57 que ex *α* 58 aut *Ppr.* tamen *om. α* 59 etiam si terrae *P* ritum *P* tecum *α* 60 exstat *P*: uel exit *superscr. p* exit *α* 61 est *α* decursum *P* poscas *P*: poscis *αp*

sum tibi Mercurius, venio deus huc ego ut ille
pingitur. an renuis? vis tu gaudere relictis?
'dest aliquid summae.' minui mihi, sed tibi totum est
quidquid id est. ubi sit, fuge quaerere, quod mihi quondam
legarat Tadius, neu dicta 'pone paterna,
faenoris accedat merces, hinc exime sumptus'.
'quid reliqum est?' reliqum? nunc nunc inpensius ungue,
ungue, puer, caules. mihi festa luce coquatur
urtica et fissa fumosum sinciput aure,
ut tuus iste nepos olim satur anseris extis,
cum morosa vago singultiet inguine vena,
patriciae inmeiat vulvae? mihi trama figurae
sit reliqua, ast illi tremat omento popa venter?
vende animam lucro, mercare atque excute sollers
omne latus mundi, ne sit praestantior alter
Cappadocas rigida pinguis plausisse catasta,

quibus iuvenes cursu certabant, et qui victor erat primus facem tollebat, deinde sequenti tradebat et secundus tertio, similiter faciebant omnes et sibi invicem tradebant, donec numerus currentium compleretur. 62 quia eum cum sacello pleno pecuniae pingebant. 63 vis etiam tu gratus accipere et gaudere ad ea quae tibi dimitto? 67 tractum est hoc a patribus, qui dicunt filiis suis: hoc quod vobis lucri de faenore accessit, ad usum vitae vobis proficiat, reliquum vero pecuniae reservate integrum. 69 an ego fame moriar et festis diebus urtica vescar, et sinciput fumosum quod est dimidium caput porcinum, ut dum ego parce vivo, tuus nepos, id est tuus filius perditus haec omnia quae servo, impensius vivendo abligurriat et satur anserum iecinoribus in patriciarum turpibus stupris bona mea consumat, cum in eo libido exarserit?
73 trama figurae. tractum a muliebribus telis, quae sine stamine inanes videntur. 74 popa venter. pinguis. quia popana genera sunt panis, quibus sacerdotes et eorum ministri vescebantur, quibus assidue pasti pingues fiebant. 75 periculis obice te lucri causa, ut gladiatores faciunt, qui studio lucrandi animas suas morti opponunt. 77 gladiatores significat. apud antiquos venales

62 hunc α illi α 63 uin α relictus α 64 Des *B* Deest *P* 66 legerat *P* (*exorsus uersum a* Quondam) *corr. p* cadius α oppone *aut* repone ς *sed* dicta *imperatiuus est* 68 reliquum α angue α surge *P* 69 coquetur αp 71 tuus hic α tusista *P* 72 uagos ingultet *P* 73 inmelat *P* '*Persius modo infinito* matronae immeiere uuluae' *Probus GLK. IV p. 36* 74 omentopauentur α 76 ne *P*: nec α 77 pauisse α catastas *Ppr.*

rem duplica. 'feci; iam triplex, iam mihi quarto,
iam decies redit in rugam; depunge ubi sistam.'
inventus, Chrysippe, tui finitor acervi.

in catasta ponebantur, ut omnia in eis possent membra conspici.
vel quia Cappadoces dicerentur habere studium naturale ad falsa testimonia proferenda. qui nutriti a pueritia in tormentis eculeum sibi facere dicuntur, ut in eo se invicem torquerent et cum in poena perdurarent, ad falsa testimonia se bene venum darent.
plausisse. quoniam venales antequam in catasta imponantur, cantant universi pariter more gentis suae. 79 in rugam allegoricos dixit a vestibus, quod ad rugam plicentur. 80 Chrysippus philosophus syllogismum soriten vocavit, quem per adiectionem et detractionem ex acervi frumentarii similitudine ostendit. ergo poeta hoc dicit: quantacumque avaro abundantia crescat substantiae, non satiatur et sic in infinitum cupiditatis desiderium extendit, ut qui eius avaritiae finem voluerit ponere, facile videatur etiam syllogismum Chrysippi definire.

79 depinge *p*   80 Iuuentus *α P corr. p*   explicuit (*correctum in* explicit) Persius | Thebaidorum satura | feliciter utere | semper felix *P qui prologi loco exhibet sequentes choliambos.*   Persi Flacci satyrarum | explicit feliciter. Vita eiusdem *α qui iam subiungunt choliambos*

Nec fonte labra prolui caballino,
nec in bicipiti somniasse Parnaso
memini, ut repente sic poeta prodirem;
Heliconidasque pallidamque Pirenen
illis remitto, quorum imagines lambunt
hederae sequaces: ipse semipaganus
ad sacra vatum carmen adfero nostrum.
quis expedivit psittaco suum chaere
picasque docuit verba nostra conari?

prologus. 1 caballino. ἵππου κρήνη quod Hesiodus dicit. dicitur enim Pegasus errando ad Heliconem pervenisse ibique siti oppressus ungula fodisse, ex quo loco fons editus Musis sit consecratus. caballino autem dicit, non equino, eo quod satirae humiliora conveniant. 2 Parnasum Delphorum montem dicit, qui habet cacumina duo, Nysam Libero sacratum, Cirrham Apollini, unde Lucanus [5, 72] ‘cardine Parnasos gemino petit aethera colle, mons Phoebo Bromioque sacer’. tangit autem Ennium qui dixit se vidisse per somnium in Parnaso Homerum sibi dicentem, quod eius anima in suo esset corpore. 4 Pirene fons in Helicone Musis consecratus. pallidam autem ideo quod poetae palleant scribendi lassitudine. 5 lambunt, quasi lingua tergunt. 6 hedera semper viridis est et ideo hedera coronabantur poetae, quia nomen poetae semper manet. sequaces, quod sine fine sequantur et repant.

semipaganus semipoeta. et hoc verbo humili satirico modo usus est. pagani dicuntur rustici, qui non noverunt urbem. 8 hoc dicit, quod non omnes natura sua sint poetae, sed ventris et egestatis necessitate cogantur, et hoc de avibus probat. nam hodieque videmus psittacos esurientes vocaliter strepere et χαῖρε dicere.

suum autem quasi naturale. 9 conari. et blandiri legitur.

Choliambos in fine α ante I *saturam P habet* 3 Memini me ut *αP* prodierim *P* 4 Aeliconiadas *omisso* que *α* Eliconiadasq. *P* pyrenen *P* sirenen *α* 5 ambiunt *α* i. ambiunt uel coronant *super* lambunt *scriptum in P* 8 expediit *α* psitacho *P* cere supine (*Iahnio interprete* χαῖρε συ πῖνε) *α* kere *P* (*qui adscriptum habet Martialis distichon* XIV 73) 9 Picasque *aP*: Picamque *α* uerba nostra *P*: nostra uerba *α*

magister artis ingenique largitor
venter, negatas artifex sequi voces.
quod si dolosi spes refulserit nummi,
corvos poetas et poetridas picas
cantare credas Pegaseium nectar.

10 apologiam poeta facit et excusat se quodammodo non ideo scripsisse, ut poeta appareret, sed potius impulsu quodam ventris, quia videbat tunc multos poetriae incumbere. et per transitum ostendit se primum coepisse causa victus, ut salarium mereretur. nam salarium est victus unius diei. 12 refulserit. et refulgeat.
14 Pegaseium melos. in aliis nectar.

10 ingeniique α *P* 11 artisfex α 12 refulserit *P sed* geat *supra scriptum manu scholiastae*: refulgeat α 14 pegaseum α ppegaseum *P* nectar α: melos *P*

VITA A. PERSII FLACCI DE COMMENTARIO PROBI VALERII SVBLATA

Aulus Persius Flaccus natus est pridie nonas Decembris Fabio Persico L. Vitellio coss. decessit VIII kalendas Decembris P. Mario Afinio Gallo coss.

natus in Etruria Volaterris, eques Romanus, sanguine et affinitate primi ordinis viris coniunctus. decessit ad octavum miliarium via Appia in praediis suis.

pater eum [Flaccus] pupillum reliquit moriens annorum fere sex. Fulvia Sisennia nupsit postea Fusio equiti Romano et eum quoque extulit intra paucos annos.

studuit Flaccus usque ad annum XII aetatis suae Volaterris, inde Romae apud grammaticum Remmium Palaemonem et apud rhetorem Verginium Flavum.

cum esset annorum XVI, amicitia coepit uti Annaei Cornuti ita ut nusquam ab eo discederet. inductus aliquatenus in philosophiam est.

amicos habuit a prima adulescentia Caesium Bassum poetam et Calpurnium Staturam, qui vivo eo iuvenis decessit. coluit ut patrem Servilium Nonianum. cognovit per Cornutum etiam Annaeum Lucanum aequaevum auditorem Cornuti. [nam Cornutus illo tempore tragicus fuit sectae poeticae, qui libros philosophiae reliquit. sed] Lucanus mirabatur adeo scripta Flacci, ut vix se retineret recitante eo de more quin illa esse vera poemata, sua ludos diceret. sero cognovit et Senecam, sed non ut caperetur eius ingenio. usus est apud Cornutum duorum convictu doctissimorum et sanctissimorum virorum acriter tunc philosophantium, Claudi Agathurni medici Lacedaemonii et

3 Aules *libri* 4 uitellioque *libri* 5 Publio *Lipsius*: rubio *uel* rubrio *libri* asinio *libri cf. Klein fastorum cons. p. 39*

9 Flaccus *seclusi* 10 se ipsum Persius significat secessisse in Liguriae fines propter Fuluiam Sisenniam matrem suam, quae post mortem prioris uiri ibi nupta erat *schol.* 6, 6 fuscio *uel* ruscio *quidam libri* 18 hanc satiram scribit Persius ad Caesium Bassum lyricum poetam, quem fama est in praediis suis positum ardente monte Vesuuio et late ignibus abundante cum uilla sua ustum *schol.* 6, 1

20 ut *om. libri* alloquitur Macrinum, hominem sane eruditum et paterno se affectu diligentem, qui in domo Seruilii didicerat, a quo agellum comparauerat indulto sibi pretio aliquanto *schol.* 2, 1 21 nam — 23 sed *secreuit Bergkius* 22 grammaticus *Martinius* stoicae *Pithoeus* 24 recitantē clamore quae illa *libri. iam uerius puto tale* recitante Mela patre 25 suo ludo faceret *libri* 28 agaturini *uel* agaturrini *libri*: Agathemeri *Reinesius* Agathini *Osannus*

Petroni Aristocratis Magnetis, quos unice miratus est et aemulatus, cum aequales essent Cornuti, minor ipse.

idem decem fere annis summe dilectus a Paeto Thrasea est ita ut peregrinaretur quoque cum eo aliquando, cognatam eius Arriam uxorem habente.

fuit morum lenissimorum, verecundiae virginalis, formae pulchrae, pietatis erga matrem et sororem et amitam exemplo sufficientis.

fuit frugi, pudicus.

reliquit circa HS vicies matri et sorori scriptis tantum ad matrem codicillis. Cornuto rogavit ut daret sestertia, ut quidam dicunt, C, ut alii, L et argenti facti pondo viginti et libros circa septingentos Chrysippi sive bybliothecam suam omnem. verum a Cornuto sublatis libris pecunia sororibus, quas heredes frater fecerat, relicta est.

scriptitavit et raro et tarde. hunc ipsum librum inperfectum reliquit. versus aliqui dempti sunt ultimo libro, ut quasi finitus esset. leviter conrexit Cornutus et Caesio Basso petenti, ut ipse ederet, tradidit edendum.

scripserat in pueritia Flaccus etiam praetextam et hodoeporicon librum unum et paucos in socrum Thraseae in Arriam matrem versus, quae se ante virum occiderat. omnia ea auctor fuit Cornutus matri eius ut aboleret.

editum librum continuo mirari homines et diripere coeperunt.

decessit autem vitio stomachi anno aetatis XXX.

sed mox ut a schola magistrisque devertit, lecto Lucili libro decimo vehementer saturas componere studuit. cuius libri principium imitatus est sibi primo, mox omnibus detrectaturus cum tanta recentium poetarum et oratorum insectatione, ut etiam Neronem principem illius temporis inculpaverit. cuius versus in Neronem cum ita se haberet 'auriculas asini Mida rex habet', in eum modum a Cornuto ipso tantum no-

1 Aristocratis *Pithoeus*: aristotegratis *libri* 2 minores ipse *libri* 10 tamen *Pithoeus* 11 quidam C (*uel* centies) ut alii uolunt et *libri* 14 pecuniā — reliquit et *libri* 18 contra•et *uel* contraxit *uel* recitauit *libri*: correxit *Laurentianus*. retractauit *Bouherius* 20 et ὁδοιπορικῶν *Pithoeus*: et necio et operio *Bernensis* uescio et opericon *plurimi libri*, *ergo graecum uerbum dimidium in uersu dimidium supra uersum archetypus. potest fuisse* oschophoricon 21 in socrum *Casaubonus*: sororum *libri*. *ergo uetus ordo hic* in Arriam matrem socrum Thraseae 26 XXIIX *Reizius* 28 instituit *libri* 33 ipse tantum modo est *libri*. ipso tum iam mortuo est *Heinrichius ac Prellerus*

mine mutato est emendatus 'auriculas asini quis non habet?' ne hoc in se Nero dictum arbitraretur.

1 Persius sic scripsit 'auriculas asini Mida rex habet', sed Cornutus hoc mutauit ita ponens 'auriculas asini quis non habet?' ueritus ne Nero in se dictum putaret *schol.* 1, 121

QVINTILIANVS X 1, 94 multum et verae gloriae quamvis uno libro Persius meruit.

MARTIALIS IV 29, 7

saepius in libro numeratur Persius uno
quam levis in tota Marsus Amazonide.

IOHANNES LYDVS *de mag.* I 41 *Πέρσιος δὲ τὸν ποιητὴν Σώφρονα μιμήσασθαι θέλων τὸ Λυκόφρονος παρῆλθεν ἀμαυρόν.*

D. IVNII IVVENALIS

SATVRARVM

LIBRI V

P codex Montepessulanus 125, olim Pithoeanus
p codicis Pithoeani manus emendatrix
S scholiorum lectio aut ex scholiis ducta
ω codices reliqui omnes aut multi
ς codicum reliquorum pars

IVVENALIS

S A T V R A R V M

LIBER PRIMVS

SATVRA I

Semper ego auditor tantum? numquamne reponam
vexatus totiens rauci Theseide Cordi?
inpune ergo mihi recitaverit ille togatas,
hic elegos? inpune diem consumpserit ingens
Telephus aut summi plena iam margine libri
scriptus et in tergo necdum finitus Orestes?

I cur saturas scribat. Iuvenalem aliqui Gallum propter corporis magnitudinem, aliqui Aquinatem dicunt. ea tempora Domitiani tyranni, quibus etiam ipse vixit, eo quod in aula ipsius plus histriones quam bonae vitae homines possent, graviter carpsit. hos autem libros in exilium missus ad civitatem ultimam Aegypti Hoasim ab ipso Domitiano scripsit. ideo autem in exilium missus est, quia dixit versum [7, 90] 'quod non dant proceres, dabit histrio'. nunc autem hoc inducit quasi carptum se per figuras a miseris poetis, iqui nil novum sed omnibus notas fabulas recitarent. et dicit magis deo saturam se scribere, ut possit mores illius temporis demonstrando notare. 2 Cordus hic poeta fuit vitiosus, qui tragoediam, fabulam Thesei scripsit. de quo Virgilius dixit [*Aen.* 6, 617] 'sedet aeternumque sedebit infelix Theseus'. 3 togatae sunt comoediae latinae. quales Afranius fecit. 5 Telephus filius Heraclis et Auges a cerva nutritus est. notandum marginem feminino genere dici. Ovidius [*met.* 1, 13] masculino. 6 Aegisthus Thyestis filius dum Clytemestram uxorem Agamemnonis adulteraret, illa amoris illius causa communicato cum eodem consilio venientem e Troiano bello maritum percussit. quam postea Orestes filius dicitur occidisse.

I *titulus nullus in P* 1 uel numquine *p* 2 codri *p* 3 togatam *commentum Donati GLK. IV p. 524*

nota magis nulli domus est sua, quam mihi lucus
Martis et Aeoliis vicinum rupibus antrum
Vulcani; quid agant venti, quas torqueat umbras
Aeacus, unde alius furtivae devehat aurum
pelliculae, quantas iaculetur Monychus ornos,
Frontonis platani convulsaque marmora clamant
semper et adsiduo ruptae lectore columnae.
expectes eadem a summo minimoque poeta.
et nos ergo manum ferulae subduximus, et nos
consilium dedimus Sullae, privatus ut altum
dormiret. stulta est clementia, cum tot ubique
vatibus occurras, periturae parcere chartae.
cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,
per quem magnus equos Auruncae flexit alumnus,
si vacat ac placidi rationem admittitis, edam.
  cum tener uxorem ducat spado, Mevia Tuscum
figat aprum et nuda teneat venabula mamma,
patricios omnis opibus cum provocet unus
quo tondente gravis iuveni mihi barba sonabat,
cum pars Niliacae plebis, cum verna Canopi
Crispinus Tyrias umero revocante lacernas
ventilet aestivum digitis sudantibus aurum
nec sufferre queat maioris pondera gemmae,
difficile est saturam non scribere. nam quis iniquae
tam patiens urbis, tam ferreus, ut teneat se,

7 lucum Martis dicit qui Romae est in Appia, in quo solebant recitare poetae. aut illum qui apud Colchos est, in quo fuit pellis aurea. aut in quo Ilia peperit. 12 Frontonis. in Horatiana domo, in qua poetae recitabant. 20 'Lucillium dicit ut sit Aurunca pro Italia synecdochicos posita. vel ut Probus exponit, Turnum dicit Scaevi Memoris tragici poetae fratrem. Turnus hic libertini generis ad honores ambitione provectus est potens in aula Vespasianorum Titi et Domitiani. vel Lenium [Lenaeum *Casaubonus*] dicit, qui et ipse satiras scripsit. vel Silium et ipsum sui temporis satiricum. qui omnes ut Probus refert ex Aurunca fuerunt' *Valla.* 26 cum pars. Niliacus unus de consulibus liciniae ac de plebe Aegypti fuit, magnarum Romae postea facultatum.

Canopus oppidum Aegypti dictum a gubernatore Menelai, qui ibidem morsu serpentis extinctus est. 28 per luxuriam enim anulos aestivos et hiemales invenerat.

21 ac uel et *margo P* 25 iuuenis *Ppr.*

causidici nova cum veniat lectica Mathonis
plena ipso, post hunc magni delator amici
et cito rapturus de nobilitate comesa
quod superest, quem Massa timet, quem munere palpat
Carus et a trepido Thymele summissa Latino?
cum te summoveant qui testamenta merentur
noctibus, in caelum quos evehit optima summi
nunc via processus, vetulae vesica beatae?
unciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem,
partes quisque suas ad mensuram inguinis heres.
accipiat sane mercedem sanguinis et sic
palleat, ut nudis pressit qui calcibus anguem,
aut Lugudunensem rhetor dicturus ad aram.
quid referam quanta siccum iecur ardeat ira,
cum populum gregibus comitum premit hic spoliator
pupilli prostantis et hic damnatus inani
iudicio? quid enim salvis infamia nummis?
exul ab octava Marius bibit et fruitur dis
iratis, at tu victrix provincia ploras.

33 Heliodorum significat delatorem vel ceteros delatores. sic illi partem maximam proscripserunt, ex quorum bonis multa diripuerunt. Heliodorum dicit stoicum philosophum, qui L. Iunium Silanum discipulum suum cum argueretur coniurationis, infitiatum domesticam delationem etiam testimonio oppressit. alii philosophum Traiani dicunt, qui Baream senatorem detulit et damnavit. nonnulli Demetrium causidicum dicunt, qui multos Neroni detulit.
Soranum Baream Celer philosophus magister ipsius apud Neronem scelere delationis occidit, et ipse postea sub Vespasiano hoc ipsum Musonio Rufo accusante damnatus est. 35 Massa morio fuisse dicitur, et Carus nanus, Latinus vero actor mimicus. hi omnes Neronis fuerunt liberti et deliciae Augusti, sed et nequissimi delatores. Latinus autem mimus quasi conscius adulterii Messalinae, uxori Neronis, ab ipso occisus est. Massa autem et Carus Heliodoro deferente occisi sunt. cuius futuram delationem ita metuebant, ut ei munera darent. nam Latinus mimus Thymelen mimam summittebat ad mitigandum. 43 nimia coitus libidine fatigatus, aut expectatione hereditatis, aut metu adulterii. 47 non ademptis bonis. de eo ius dicitur sine litium aestimatione. 49 qui iudicio vacabant, decima hora cenabant. hic enim ab octava.

35 que munere *P*: quẽ *corr. p* palpat *om. P add. longo uersui p* 38 Nontibi *P corr. p* 44 lug•dunensem *erasa* u *P* 45 sitcum *aut* sucum *Ppr.* 47 prostrantis *Ppr.* et *P*: at *superscr. p*

haec ego non credam Venusina digna lucerna?
haec ego non agitem? sed quid magis? Heracleas
aut Diomedeas aut mugitum labyrinthi
et mare percussum puero fabrumque volantem,
cum leno accipiat moechi bona, si capiendi
ius nullum uxori, doctus spectare lacunar,
doctus et ad calicem vigilanti stertere naso?
cum fas esse putet curam sperare cohortis
qui bona donavit praesepibus et caret omni
maiorum censu, dum pervolat axe citato
Flaminiam puer Automedon? nam lora tenebat
ipse, lacernatae cum se iactaret amicae.
nonne libet medio ceras inplere capaces
quadrivio, cum iam sexta cervice feratur
hinc atque inde patens ac nuda paene cathedra
et multum referens de Maecenate supino
signator falsi, qui se lautum atque beatum
exiguis tabulis et gemma fecerit uda?
occurrit matrona potens, quae molle Calenum
porrectura viro miscet sitiente rubetam

51 lucernam ideo dicit, quia satirici ad omnium vitia quasi lucernam admovent, et vel adurunt vel ostendunt crimina quae noverunt. Venusina autem ideo, quia haec fuit civitas Horatii.

'Venusinam a Venusia ubi laternae leves fuerunt, ut Probus inquit, quae vilissimi veniebant' *Valla.* 52 persequar, ut Virgilius [*Aen.* 5, 265] 'pallantes Troas agebat'. 53 socios Diomedis in aves conversos. 55 si facultatem maritus non habet, ut deprehendat spoliandos adulteros, quia nota est eius fraus, tamen coniventiam suam adulteris vendit. et sic intellegitur: si uxor eius iure impediatur adultero succedere, ipse maritus leno succedit adultero heres, ut per fideicommissum res adulteri ad adulteram veniant. 56 ut carius vendat adulterium, praesens est.

58 curam sperare cohortis. militum tribunatum. 59 propter equos hoc dixit et ea re Neronem tangit. 61 Automedon pro auriga. 62 satirice. nam habitu virili feminam describit.

64 his rebus concitatus posset et in publico scribere.

68 fecerit uda. saliva tacta propter signaculi impressionem.

70 rubeta rana est, ex cuius pulmonibus vel sanguine fit venenum.

52 herculeias *fecit p* 55 sit capiendi *Ppr.* 63 Nonme *Ppr.* 67 falsi *P ut uidetur,* falso *p, tum rursus apice imposito distincta* i *est.* Signato falso *Maduicus* 68 fecerat *p* 69 occurrat *Heinrichius* 70 rubetā *P, lineolam superduxit iam P opinor*

instituitque rudes melior Lucusta propinquas
per famam et populum nigros efferre maritos.
aude aliquid brevibus Gyaris et carcere dignum,
si vis esse aliquid. probitas laudatur et alget,
criminibus debent hortos praetoria mensas
argentum vetus et stantem extra pocula caprum.
quem patitur dormire nurus corruptor avarae,
quem sponsae turpes et praetextatus adulter?
si natura negat, facit indignatio versum
qualemcumque potest, quales ego vel Cluvienus.
ex quo Deucalion nimbis tollentibus aequor
navigio montem ascendit sortesque poposcit
paulatimque anima caluerunt mollia saxa
et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas,
quidquid agunt homines, votum timor ira voluptas
gaudia discursus, nostri farrago libelli est.
et quando uberior vitiorum copia? quando
maior avaritiae patuit sinus? alea quando
hos animos? neque enim loculis comitantibus itur
ad casum tabulae, posita sed luditur arca.
proelia quanta illic dispensatore videbis
armigero. simplexne furor sestertia centum
perdere et horrenti tunicam non reddere servo?
quis totidem erexit villas, quis fercula septem

71 Lucusta quaedam fuit in Galliis matrona venefica, quam Nero exhibuit ad se propter venena conficienda, quoniam magnae famae erat. quam etiam in familiaritate sua habuit, ut etiam eum doceret venena miscere. inde ait Turnus in satura 'ex quo Caesareas suboles Lucusta cecidit horrida cura sui verna nota Neronis'. haec increpitata a Nerone, quod lentum venenum Britannico parasset, tam efficax dedit, ut antequam poculum Britannicus exhauriret, in convivio Neronis expiraret. propinquas dicit tamquam a Lucusta doctas. quidam uxores dicunt. 73 insula ubi damnati mittebantur. 76 dicit emblematum opus. 80 Cluvienus delerus poeta vel indoctus. 82 a Themide, quae ante Apollinem responsa dabat. 83 mollia saxa. ut Virgilius [*g.* 1, 63] 'unde homines nati, durum genus'. et hic per consensum ostendit esse durissimum. 89 enlipsis, subauditur habuit. 92 metaphora a bellantibus. id est qui arma praebet tesseras et tabulam. et ipse est qui nummos ob pignora portat. 93 horrenti. trementi, nudo.

83 que] q** *P* 85 timor *om. P add. p* 89 ioculis *Ppr.*

secreto cenavit avus? nunc sportula primo
limine parva sedet turbae rapienda togatae.
ille tamen faciem prius inspicit et trepidat ne
suppositus venias ac falso nomine poscas:
agnitus accipies. iubet a praecone vocari
ipsos Troiugenas, nam vexant limen et ipsi
nobiscum. 'da praetori, da deinde tribuno'.
sed libertinus prior est. 'prior' inquit 'ego adsum.
cur timeam dubitemve locum defendere, quamvis
natus ad Euphraten, molles quod in aure fenestrae
arguerint, licet ipse negem? sed quinque tabernae
quadringenta parant. quid confert purpura maior
optandum, si Laurenti custodit in agro
conductas Corvinus oves, ego possideo plus
Pallante et Licinis?' expectent ergo tribuni,

95 quis tuorum aut tam locuples aut tam luxuriosus fuit, ut tu es? moris autem erat apud antiquos * ne quis adderet possessionibus suis aut ex illis minueret. 96 vult intelligi apud veteres, quamvis pauperes essent, tamen maiorem humanitatem fuisse; nunc autem eam solam videri humanitatem, quod si detur sportula, et ipsa tenuissima, tamen ab honoratis non excludaris, qui ad eam sine pudore conveniunt. 100 patricios, qui nisi agniti fuerint non accipiunt, nedum humiles possint accipere. 102 arguit homines qui in libertinorum tribus relati sunt. qui cum libertatem meruerunt, pertusis auribus signa libertinorum celare non possunt.

104 Mesopotameni homines effrenatae libidinis sunt in utroque sexu. Salustius meminit. 106 quadringenta. qui erat census antea equitum Romanorum. quid confert purpura. Lucillius 'aurum atque ambitiost specimen virtutis'. purpura. laticlavium.

109 'Pallas libertus, ut inquit Probus, Claudii Caesaris officium rationum administravit et in numerum praetorum relatus, quod parumper cunctantem Caesarem de incestu Agrippinae ad nuptias confirmasset, cum qua ipse consuetudinem stupri adeo palam fecerat, ut in quodam simulacro Palatinae Minervae adscriptum sit: Pallas *σ' αἰτιῶνται' Valla.* 'Licinus, inquit Probus, ex Germania puer captus tantae industriae fuit, ut reliquias cibariorum inter conservos faeneraret, et cui quid credidisset quali poterat chirographo pugillaribus subnotaret. quos cum expeditione quadam transiturus flumen in vestimentis recondidisset, C. Iulio Caesari quodam denegante ei pugillaribus quicquam annotatum barbarus legendos obtulit. statim

102 et *ante* ego *erasum P* 106 purpuraemator *P corr. p*

vincant divitiae, sacro ne cedat honori
nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis,
quandoquidem inter nos sanctissima divitiarum
maiestas, etsi funesta pecunia templo
nondum habitat, nullas nummorum ereximus aras,
ut colitur Pax atque Fides Victoria Virtus
quaeque salutato crepitat Concordia nido.
sed cum summus honor finito conputet anno,
sportula quid referat, quantum rationibus addat,
quid facient comites quibus hinc toga, calceus hinc est
et panis fumusque domi? densissima centum
quadrantes lectica petit, sequiturque maritum
languida vel praegnas et circumducitur uxor.
hic petit absenti nota iam callidus arte
ostendens vacuam et clausam pro coniuge sellam.
'Galla mea est' inquit 'citius dimitte. moraris?
profer, Galla, caput. noli vexare, quiescet.'
ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum:
sportula, deinde forum iurisque peritus Apollo

ad dispensationem est admissus, non multo post manu missus, et deinde curationi Galliarum ab Augusto praepositus eas spoliavit, et cum flagraret invidia basilicam sub nomine Gai Iulii aedificavit. decessit sub Tiberio, proinde dives fuit quasi Crassi opes exhausisset et dictus est habuisse fundos quantum milvi volant. unde Persius [2, 36] 'nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in aedes' *Valla.* 111 ostendit plus honoris videri in calceis quam in persona. illo enim tempore necdum senatoris nigris calceis utebatur, sed nudis pedibus vel pulverulentis. vel bracis vel pedules novos in bracis, quos pedornis dicunt. ut peregrinus. 113 quoniam per scelera adquiritur. quod funerum faciendorum sit causa. quod per parricidia congeritur. 116 ciconia, quae contra templum Concordiae ex conlisione rostri sonitum facit. saturice salutato nido, non templo. 119 quid faciunt parasiti, cum senatores sic avidi sint ad sportulam? 122 id est, quae non sufferunt uxores senatoris. ad accipiendam sportulam matrona sequitur virum. 126 profer Galla. qui erogat, dicit. noli vexare. maritus dicit. 128 aut quia iuxta Apollinis templum iuris periti sedebant et tractabant, aut quia bibliothecam iuris civilis et liberalium studiorum in templo Apollinis Palatini dedicavit Augustus. nam hic est Apollo, cuius et Horatius [*sat.* 1, 9, 78] meminit: 'sic

114 habitas *p* 126 quiescit *p*

atque triumphales, inter quas ausus habere
nescio quis titulos Aegyptius atque Arabarches,
cuius ad effigiem non tantum meiere fas est.
vestibulis abeunt veteres lassique clientes
votaque deponunt, quamquam longissima cenae
spes homini; caulis miseris atque ignis emendus.
optima silvarum interea pelagique vorabit
rex horum vacuisque toris tantum ipse iacebit.
nam de tot pulchris et latis orbibus et tam
antiquis unā comedunt patrimonia mensā.
nullus iam parasitus erit. sed quis ferat istas
luxuriae sordes? quanta est gula quae sibi totos
ponit apros, animal propter convivia natum?
poena tamen praesens, cum tu deponis amictus
turgidus et crudum pavonem in balnea portas.
hinc subitae mortes atque intestata senectus
et nova nec tristis per cunctas fabula cenas:
ducitur iratis plaudendum funus amicis.
  nil erit ulterius quod nostris moribus addat
posteritas, eadem facient cupientque minores,
omne in praecipiti vitium stetit. utere velis,
totos pande sinus. dicas hic forsitan 'unde
ingenium par materiae? unde illa priorum

me servavit Apollo'. 129 id est, itur ad rostra, ubi habere solent triumphales statuas viri magni sive quadrigas. 130 Arabarches. Arabiae princeps. 133 dum divites tarde recedunt, clientes expectant. quamquam tarda sit homini spes cenandi. aut si quis certe non multum habeat in domo sua quod cenet, tum non patitur divitum mensas spectare. 135 de venatione. quare optimum est hoc ex affectione et invidia parasitorum. 138 mensis citreis, quas antiquitus in magno pretio habebant. aut de ebore. 141 apud antiquos munificentia videbatur apparatior, si in convivio cuiusdam aper integer fuisset exhibitus. 142 poenam dicit quod solus voraverit, quod multis sufficere potuisset. 144 id est mortuus est manducando. 146 insultant, quod de indigestione sit mortuus intestatus. de cuius testamento nihil consecuti sunt. 149 velis. dictionis dicit, hoc est saturae scribendae. 151 Lucilli et ceterorum.

131 mengere *P* megere *p* meiere ω *Priscianus Eutyches* 143 crudus *P*: crudum *p Phocas schol. Persi* 144 infestata *Maduicus* 149 stetis *ut uidetur Ppr.* 150 dices *Ppr.*

scribendi quodcumque animo flagrante liberet
simplicitas?’ cuius non audeo dicere nomen?
quid refert, dictis ignoscat Mucius an non?
‘pone Tigellinum: taeda lucebis in illa,
qua stantes ardent qui fixo pectore fumant,
et latum media sulcum deducis harena.’
qui dedit ergo tribus patruis aconita, vehatur
pensilibus plumis atque illinc despiciat nos?
‘cum veniet contra, digito compesce labellum:
accusator erit qui verbum dixerit “hic est”.
securus licet Aenean Rutulumque ferocem
committas, nulli gravis est percussus Achilles
aut multum quaesitus Hylas urnamque secutus:
ense velut stricto quotiens Lucilius ardens
infremuit, rubet auditor cui frigida mens est
criminibus, tacita sudant praecordia culpa.
inde irae et lacrimae. tecum prius ergo voluta

155 C. Sofonius Tigillinus, patre Agrigentino Scyllaceum relegato, iuvenis egens verum admodum pulcher, in concubinatu M. Vinicio et Lucio Domitio maritis Agrippinae et Iuliae sororum C. Caesaris aeque in utriusque uxoribus suspectus, ob hoc urbe summotus piscatoriam in Achaia exercuit, quoad accepta hereditate reditum sub condicione inpetravit, ut conspectu Claudii abstineret. quare sáltibus in Apulia et Calabria comparatis cum studiose equos aleret quadrigarios, amicitiam Neronis nactus primus illum ad studium circensium movit. pone te vituperare Tigillinum, quem si laeseris, vivus ardebis, quemadmodum in munere Neronis vivi arserunt. de quibus ille iusserat cereos fieri, ut lucerent spectatoribus, cum fixa essent illis guttura, ne se curvarent. 156 Nero maleficos homines taeda et papyro et cera supervestiebat, et sic ignem admoveri iubebat, ut arderent. 157 abductus enim cum per arenam traheretur, sulcum corpore suo fecit vel fossam. 158 generaliter dicit carpens eos qui veneno grassantur. 159 lectica plumis strata. 162 securus de mortuis loqueris, nec metues legem Iuliam, quae vivorum vitia vetat carpi. 163 Virg. [*Aen.* 6, 57] ‘Dardana qui Paridis direxti tela manusque corpus in Aeacidae’. 164 Virg. [*ecl.* 6, 44] ‘ut litus Hyla, Hyla omne reclamat’. 168 iracundia accenditur nocens criminum conscientia

155 tigillinum *P corr. p* lucebit *P corr. p, et in margine est* uel lucebis 156 qui] i *in litura P* pectore *P* uel gutture *superscripsit p* 157 deducit *P* deducis *p* 159 despicia et nos *P* a *erasit p*: despiciat ς 161 ueruum *ut uidetur P* uerum *p*

haec animo ante tubas, galeatum sero duelli
paenitet.' experiar quid concedatur in illos
quorum Flaminia tegitur cinis atque Latina.

SATVRA II

Vltra Sauromatas fugere hinc libet et glacialem
Oceanum, quotiens aliquid de moribus audent
qui Curios simulant et Bacchanalia vivunt.
indocti primum, quamquam plena omnia gypso
Chrysippi invenias; nam perfectissimus horum,
si quis Aristotelen similem vel Pittacon emit
et iubet archetypos pluteum servare Cleanthas.
frontis nulla fides; quis enim non vicus abundat
tristibus obscaenis? castigas turpia, cum sis
inter Socraticos notissima fossa cinaedos?
hispida membra quidem et durae per bracchia saetae
promittunt atrocem animum, sed podice levi
caeduntur tumidae medico ridente mariscae.
rarus sermo illis et magna libido tacendi
atque supercilio brevior coma. verius ergo
et magis ingenue Peribomius; hunc ego fatis

lacessitus. Virg. [*Aen.* 2, 97] 'hinc mihi prima mali labes'.

169 tarde paenitet indixisse bellum, cum iam pugna commissa sit. 171 viae in quibus nobiles sepeliebantur.

II 1 Sarmatae ultimi ultra Pontum sunt, vicini Amazonum. unde Sauromatae appellantur. 3 id est qui sub figmento severitatis sunt inpudici. nam sacra Bacchanalia ex SC. condemnata sunt, cum probatum esset senatui honestissimas feminas ad Stimulae deae lucum foede adulterari. 5 imagines Chrysippi philosophi invenies apud eos factas de gipso. qui fuit stoicorum princeps. 6 Aristotelis imaginem similem vel statuam. 10 Aristophanes lacerat Socratem et discipulos ipsius, cum sit et ipse peior plerisque. 13 nam invenientes stupri vestigia medici rident. id est intellegunt et denotant. 16 Peribomius nomen archigalli cinaedi, quem magulum conspurcatum dicimus. qui publice inpudicitiam professus est.

169 *sic P nisi quod* o *supra uersum*: animante tuba *p* anime ante tubas *Valla* 170 qui *Ppr.*

II de filosofis obscenis *titulum habet P* 1 hic *Ppr.* 5 horum] est *adiecit p* 16 peribomus *Ppr.*

inputo, qui vultu morbum incessuque fatetur.
horum simplicitas miserabilis, his furor ipse
dat veniam; sed peiores, qui talia verbis
Herculis invadunt et de virtute locuti
clunem agitant. 'ego te ceventem, Sexte, verebor?'
infamis Varillus ait 'quo deterior te?
loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.
quis tulerit Gracchos de seditione querentes?
quis caelum terris non misceat et mare caelo,
si fur displiceat Verri, homicida Miloni,
Clodius accuset moechos, Catilina Cethegum,
in tabulam Sullae si dicant discipuli tres?'
qualis erat nuper tragico pollutus adulter
concubitu, qui tunc leges revocabat amaras
omnibus atque ipsis Veneri Martique timendas,
cum tot abortivis fecundam Iulia vulvam
solveret et patruo similes effunderet offas.
nonne igitur iure ac merito vitia ultima fictos
contemnunt Scauros et castigata remordent?
non tulit ex illis torvum Laronia quendam
clamantem totiens 'ubi nunc lex Iulia? dormis?'
atque ita subridens: 'felicia tempora, quae te
moribus opponunt. habeat iam Roma pudorem,
tertius e caelo cecidit Cato. sed tamen unde

21 inclinatum ad stuprum et sustinentem. 27 Clodius C. Caesaris uxorem adulteravit et licet Ciceronis testimonio gravatus sit, tamen absolutus est. Clodius et Clodium accusabit? qui et in templo bonae deae Caesaris adulteravit uxorem.

28 proscriptorum. Caesar Pompeius et Crassus vel Augustus Lepidus Antonius. 29 Claudium Caesarem dicit, qui occisa Messalina uxore impudicissima Agrippinam fratris Germanici matrem Neronis revocatam ab insula in matrimonium accepit concesso iure talium nuptiarum ex SC. quam dicit etiam frequenter abortum fecisse, ne ex ipso coheredem Neroni filio pareret, cui illa praeparavit imperium. Domitianus fratris filiam Iuliam in adulterio sumpserat maritam, cum ipse de adulteris leges severissimas promulgaret. 32 haec potionem accipiens abortum faciebat, quippe quae per adulterium concipiebat. 35 quia severitatem Scaurorum simulant. 40 multi fuerunt Catones, e quibus duo nobilis-

17 uultum *Ppr.* 26 uerri* *P* 30 reuocabat *P tum adrasa* b *factum* -arat 31 ipsi *p* 34 ultima *in litura totum P* 38 Ad quem ς

haec emis, hirsuto spirant opobalsama collo
quae tibi? ne pudeat dominum monstrare tabernae.
quod si vexantur leges ac iura, citari
ante omnes debet Scantinia. respice primum
et scrutare viros. faciunt hi plura, sed illos
defendit numerus iunctaeque umbone phalanges.
magna inter molles concordia. non erit ullum
exemplum in nostro tam detestabile sexu.
Mevia non lambit Cluviam nec Flora Catullam:
Hispo subit iuvenes et morbo pallet utroque.
numquid nos agimus causas, civilia iura
novimus aut ullo strepitu fora vestra movemus?
luctantur paucae, comedunt colyphia paucae.
vos lanam trahitis calathisque peracta refertis
vellera, vos tenui praegnantem stamine fusum
Penelope melius, levius torquetis Arachne,
horrida quale facit residens in codice paelex.
notum est cur solo tabulas inpleverit Hister
liberto, dederit vivus cur multa puellae.
dives erit magno quae dormit tertia lecto.
tu nube atque tace: donant arcana cylindros.
de nobis post haec tristis sententia fertur?
dat veniam corvis, vexat censura columbas.'

simi, prior censor, posterior nepos ipsius, qui de mortis loco dictus est Vticensis Cato. 44 lex de infamibus puniendis. 46 quia multi sunt, ideo non accusantur. ut Lucanus [5, 260] 'quicquid multis peccatur, inultum est'. 50 et patitur et lambit.

53 athletarum cibum dicit. 56 Arachne virgo Lydia lanifica, quam Minerva pro invidia, quoniam ausa fuit in certamen se provocare, in araneam convertit. 57 magno odio habetur apud uxorem ea quae domino miscetur. ergo hanc insequens gravioribus poenis domina catena vinctam infigit codici atque ita iubet facere pensa. 58 Hister quidam infamis, qui omne patrimonium suum vivus donavit uxori. ob hanc scilicet causam, ut simul dormiat is qui et illum corrumperet et illi misceretur. 60 quae videat corrumpi senem et taceat cupiditate habendi. 'tertia. aut ordine aut nomen proprium est, ut putat Probus. et dormis et eris legit secundae personae' *Valla.* 61 gemmas pretiosissimas.

63 proverbium est. discrevit sexum per aves.

43 acturae *Ppr.* (acture *lemma S*) at iure *Iahnius* 44 respicere *Ppr.* 45 hi *totum in litura P. malim* faciunt peiora 49 Meuia *p*: Media *P* Tedia *ω* Vedia *Hermannus* 50 Hispo] is *in litura P* Hippo *lemma S* Hisppo *Vindobonensis* 52 Mouimus *Ppr.*

fugerunt trepidi vera ac manifesta canentem
Stoicidae; quid enim falsi Laronia? sed quid
non facient alii, cum tu multicia sumas,
Cretice, et hanc vestem populo mirante perores
in Proculas et Pollittas? est moecha Fabulla,
damnetur si vis, etiam Carfinia talem
non sumet damnata togam. 'sed Iulius ardet,
aestuo.' nudus agas: minus est insania turpis.
en habitum quo te leges ac iura ferentem
vulneribus crudis populus modo victor et illud
montanum positis audiret vulgus aratris.
quid non proclames, in corpore iudicis ista
si videas? quaero an deceant multicia testem.
acer et indomitus libertatisque magister,
Cretice, perluces. dedit hanc contagio labem
et dabit in plures, sicut grex totus in agris
unius scabie cadit et porrigine porci
uvaque conspecta livorem ducit ab uva.
foedius hoc aliquid quandoque audebis amictu,
nemo repente fuit turpissimus. accipient te
paulatim qui longa domi redimicula sumunt
frontibus et toto posuere monilia collo
atque bonam tenerae placant abdomine porcae
et magno cratere deam. sed more sinistro
exagitata procul non intrat femina limen:
solis ara deae maribus patet. 'ite profanae'

65 qui sub praetextu philosophiae infamiam exercent. dicit contumeliose, ut Virg. [*Aen.* 9, 617] 'o vere Phrygiae'. Persius [1, 4] 'Troiades'. 66 vestes molliori textas subtemine, quibus solent uti puellae. 68 de centum una. de meretricibus.

71 minus nuditas quam infamis ignominia deridetur. 78 hoc nomine vel quemlibet nobilem significat vel Iulium Creticum, qui sub Caesaribus illustres causas egit. 80 et Virg. [*ecl.* 1, 51] 'ne mala vicini pecoris contagia laedant'. 81 hoc ex proverbio sumitur: 'uva uvam videndo varia fit'. 83 id est in numerum cinaedorum paulatim suscipiaris. 86 tenerae. id est novellae,

89 deae. haec Cereris sacra faciunt. cum magis nefas sit ad hoc virorum quemquam accedere, magis viris patet et mulieres pelluntur.

68 pollitas *P* pollucas *p* tabulla *p* labulla *ω* 69 Carfania improbissima femina *Vlpianus dig. III 1, 1, 5* 76 deceat *P* (c *in rasura*) 79 sicuti *Ppr.* 80 porrigine *ex* prurigine *P* 82 audebit *P corr. p*

clamatur 'nullo gemit hic tibicina cornu'.
talia secreta coluerunt orgia taeda
Cecropiam soliti Baptae lassare Cotyton.
ille supercilium madida fuligine tinctum
obliqua producit acu pingitque trementis
attollens oculos; vitreo bibit ille priapo
reticulumque comis auratum ingentibus implet
caerulea indutus scutulata aut galbina rasa
et per Iunonem domini iurante ministro;
ille tenet speculum, pathici gestamen Othonis,
Actoris Aurunci spolium, quo se ille videbat
armatum cum iam tolli vexilla iuberet —
res memoranda novis annalibus atque recenti
historia, speculum civilis sarcina belli.
nimirum summi ducis est occidere Galbam
et curare cutem, summi constantia civis
Bedriacis campis spolium adfectare Palati

92 Baptae titulus libri, quo impudici describuntur ab Eupolide, qui inducit viros ad imitationem feminarum saltantes. baptae autem molles. quo titulo Eupolis comoediam scripsit, ob quam ab Alcibiade, quem praecipue perstrinxerat, necatus est. Cotyton. ad exemplum Cotyti dicuntur Isiaca sacra celebrari. 95 in vitreum penem. quos appellant drillopotas. 97 polita tenuiter rasa. 98 ita, inquit, servi iurant, quomodo solebant ancillae matronis adulantes 'per Iunonem tuam'. 99 occiso Galba imperatore Otho invasit imperium, qui tam probrosae curae in polienda forma fuit, ut humecto pane faciem liniret ad sollicitandum candorem. utebatur et speculo. hunc in*comparabilis vitae bello civili Vitellius vicit apud Bebriacum campum. horum bellum scripsit Cornelius, scripsit et Pompeius Planta, qui ait Bebriacum vicum esse a Cremona vicesimo lapide. 100 in domo Neronis invenerat. adlusit de Virgilio [*Aen.* 12, 94]. 103 ironia, quando secum speculum portaret. 106 Bebriacus campus inter Hostiliam et Cremonam, ubi pugnavit Otho cum exercitu Vitelliano et victus se ipsum iugulavit. occiso illo principe, ex quo Nero oppressus est, non multo post Otho effeminatus occupavit imperium, quem palato infamior occidit.

92 Ceropiam *P* Cotytto *uolgo* (*cf. mus. rhen. 43 p. 295*) 93 tinctum *in litura multo spatiosiore P* tactum ω 94 trementes *p* 97 scutula aut *P corr. p* galbana *p* 106 Bebriacis campis *P* Bebriaci campo *p*. *correxi* Bed- spolium *in litura totum P*. solium *Herwerdenus cui fauet Claudianus in Eutropium II 457*

et pressum in facie digitis extendere panem,
quod nec in Assyrio pharetrata Samiramis orbe,
maesta nec Actiaca fecit Cleopatra carina —.
hic nullus verbis pudor aut reverentia mensae,
hic turpis Cybeles et fracta voce loquendi
libertas et crine senex fanaticus albo
sacrorum antistes, rarum ac memorabile magni
gutturis exemplum conducendusque magister.
quid tamen expectant, Phrygio quos tempus erat iam
more supervacuam cultris abrumpere carnem?
quadringenta dedit Gracchus sestertia dotem
cornicini, sive hic recto cantaverat aere;
signatae tabulae, dictum 'feliciter', ingens
cena sedet, gremio iacuit nova nupta mariti.
o proceres, censore opus est an haruspice nobis?
scilicet horreres maioraque monstra putares,
si mulier vitulum vel si bos ederet agnum?
segmenta et longos habitus et flammea sumit,
arcano qui sacra ferens nutantia loro
sudavit clupeis ancilibus. o pater urbis,
unde nefas tantum Latiis pastoribus? unde
haec tetigit, Gradive, tuos urtica nepotes?
traditur ecce viro clarus genere atque opibus vir,
nec galeam quassas, nec terram cuspide pulsas,
nec quereris patri? vade ergo et cede severi
iugeribus campi, quem neglegis. 'officium cras

107 quia infames faciunt ad excandendam cutem. 108 Sameramis uxor Nini Babylonis civitatis conditrix a filio suo, cuius concubitus inceste concupierat, occisa est. 118 'cornicini. et est metaphora. i. expertus, ut Probus inquit, naturam eum grandem habere, cornu' *Valla.* 121 quo emendet aut quo expiet.
124 fimbriata. sive vittatas vestes quibus matronae novae nuptae cooperiuntur. 'ait Probus, segmentarii etiam nunc dicuntur qui vestes ex auro elaborant' *Valla.* 125 qui aliquando salius Martis fuit, nobilis enim erat Gracchus, accepit vestem novae nuptae. 126 apostrophe cum indignatione ad Martem, auctorem generis Romani. 128 urtica pro prurigine. 132 recede de Martio campo, quem tenes, qui tibi coeperat aedificari. hic enim

107 faciet *Ppr.* 108 sameramis *P* semiramis *p* 114 conducendus] us *ex* o *aut* is *P* 116 *supra* rumpere *scripsit p* uel cidere (abscidere *ω cf. Claudian. in Eutr. I 280*) 126 clypeis *P* 130 Nec quereris patri nec terram cuspide quassas *Priscianus GLK. III p. 275 et 326*

primo sole mihi peragendum in valle Quirini.'
quae causa officii? 'quid quaeris? nubit amicus
nec multos adhibet.' liceat modo vivere: fient,
fient ista palam, cupient et in acta referri.
interea tormentum ingens nubentibus haeret,
quod nequeant parere et partu retinere maritos.
sed melius, quod nil animis in corpora iuris
natura indulget: steriles moriuntur, et illis
turgida non prodest condita pyxide Lyde,
nec prodest agili palmas praebere luperco.
vicit et hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi,
lustravitque fuga mediam gladiator harenam
et Capitolinis generosior et Marcellis
et Catuli Paulique minoribus et Fabiis et
omnibus ad podium spectantibus, his licet ipsum
admoveas cuius tunc munere retia misit.
esse aliquos manes et subterranea regna
et contum et Stygio ranas in gurgite nigras

ager Tarquini superbi fuit, et pro illius fuga Marti consecratus dictus est Martius campus. 133 in valle colle Quirini. ad invidiam dixit in valle. 141 de Lydia, unde Arachne fuit conversa in araneam. haec inclusa in pyxide araneam texit. quae permixta potui fecundam mulierem de sterili facit. turgida alludens. crassa simpliciter intellegendum est aut praegnans. 142 steriles mulieres februantibus lupercis se offerebant et ferula verberabantur. hoc omen sequi infra tectum multi seminis creditui contractus ad fecunditatem dandam cunctis per civitatem. in solio si qua post ipsum descenderit, statim concipit. palmas ideo dicit quia aut catomos laetabantur aut quia manibus vapulant.

143 qui toga deposita, qua utebantur senatores, tamquam lanista tunica utebatur. 144 Gracchi filius habitu gladiatores plerumque ad infamiam aequabat. retiarius enim fuit. 147 nobilibus, non Neroni. nam Nero et ipse pugnavit inter gladiatores et cantavit in scaena in habitu citharoedi et auriga fuit. 148 quia et Gracchus minor pugnavit. 149 esse aliquos. *ἐκφώνησις*. 150 et pontum. Virg. [*Aen.* 6, 302] 'ipse ratem ponto subigit velisque ministrat'. [*Aen.* 6, 315] 'nunc hos nunc accipit illos'. hic comparationem contra naturam inducit.

133 in ualle colle quirini *sed* colle *erasum P* 145 et Marcellis — minoribus *damnarat Iahnius* 146 catulis paulisque *p* fabi*is *P erasa* s et *in litura P* 150 contum *ex* pontum *P* Cocitum *Liutprandus antapodosis 5, 8. hoc comprobo* regna et | Cocytum

atque una transire vadum tot milia cumba
nec pueri credunt, nisi qui nondum aere lavantur.
sed tu vera puta. Curius quid sentit et ambo
Scipiadae, quid Fabricius manesque Camilli,
quid Cremerae legio et Cannis consumpta iuventus,
tot bellorum animae, quotiens hinc talis ad illos
umbra venit? cuperent lustrari, si qua darentur
sulpura cum taedis et si foret umida laurus.
illic heu miseri traducimur. arma quidem ultra
litora Iuvernae promovimus et modo captas
Orcadas ac minima contentos nocte Britannos,
sed quae nunc populi fiunt victoris in urbe,
non faciunt illi quos vicimus. et tamen unus
Armenius Zalaces cunctis narratur ephebis
mollior ardenti sese indulsisse tribuno.
aspice quid faciant commercia: venerat obses,
hic fiunt homines. nam si mora longior urbem
indulsit pueris, non numquam derit amator.

152 infantes. quia pueri non dant balneaticum. 155 qui apud Cremeram caesi sunt. ibi enim CCC Fabii occisi sunt victi a Veientibus, quos Camillus superavit. in Apulia vicus nomine Cannae, ubi Hannibal omnem exercitum Romanorum occidit victis Paulo et Varrone consulibus. tantum enim populum superavit, ut tribus modiis anulorum impletis ad Carthaginem miserit. e quibus consulibus Varro fugit, Paulus occubuit. 156 Lucanus [6, 786] 'inlustres bellis animas'. 157 Virg. [*Aen.* 6, 229] 'idem ter socios pura circumtulit unda'. 160 id est vincendo ultra Britannias quoque transivimus. sed deteriores sumus his quibus imperamus. Iuberna insula Britanniae est sita in Oceano mari. a qua non longe sunt XXX aliae Orcades insulae, quas Mela [3, 53] scribit. 161 circa solstitium in Britannia prope nox nulla est, hac scilicet causa, quia vicinus occasus et ortus ibidem solis. ex obliquo enim terrae margine lux redundat, et proximam sibi insulam et noctibus et diebus illustrem reddit. 164 unus qui in obsidatum datus fuerat, a quodam tribuno plebis corrumpebatur.

159 Illuc *P*, Illu *in litura breuioris uocis ut* Hu : Illic ω . *id superioribus adiunxeramus antehac* arma] m *ex* b *? P* 160 iuuernę *in litura multo spatiosiore P* (Litoralia p. p. *lemma S*, lauernae *Leidensis*) 161 contemptos *P corr. p* 168 umquam ω

mittentur bracae cultelli frena flagellum:
sic praetextatos referunt Artaxata mores.

SATVRA III

Quamvis digressu veteris confusus amici,
laudo tamen, vacuis quod sedem figere Cumis
destinet atque unum civem donare Sibyllae.
ianua Baiarum est et gratum litus amoeni
secessus. ego vel Prochytam praepono Suburae;
nam quid tam miserum, tam solum vidimus, ut non
deterius credas horrere incendia, lapsus
tectorum adsiduos ac mille pericula saevae
urbis et Augusto recitantes mense poetas?
sed dum tota domus raeda componitur una,
substitit ad veteres arcus madidamque Capenam.
hic, ubi nocturnae Numa constituebat amicae —
nunc sacri fontis nemus et delubra locantur
Iudaeis quorum cophinus faenumque supellex,
omnis enim populo mercedem pendere iussa est
arbor et eiectis mendicat silva Camenis —
in vallem Egeriae descendimus et speluncas

170 mores quos filii senatorum intra urbem habent, obsides in suis patriis redeuntes reportant, quos ceteri apud se ephebi discant. Artaxata civitas Armeniae.

III 1 quia Roma relicta habiturus est Campaniam hortatu quem Iuvenalis dicit. ut Virgilius [*Aen.* 3, 482] 'digressu supremo'. 3 quia Sibylla Cumana fuit. 11 stetit expectans raedam, ubi solent proconsules iurare, in via Appia ad portam Capenam. id est ad Camenas. madidam ideo quia supra eam aquaeductus est, quem nunc appellant arcum stillantem. primum enim usque ibidem fuerunt portae. 12 Egeriae nymphae dicit.

16 templa Camenarum Iudaeis locabantur. 17 Egeria nympha quae colebatur in Aricino lacu, cum qua Numa et conubium et colloquium se habere simulavit super cultu religionum, quo armorum et pugnae studio flagrantem populum Romanum abstraheret.

III quare umbricius urbem deserat *titulus in P* 5 subumbrae *Ppr.* *ante* 12 *lacunam indicarat cum Ribbeckio et* 17—20 *transposuerat Iahnius* 16 electis *Ppr.*

dissimiles veris. quanto praesentius esset
numen aquis, viridi si margine cluderet undas
herba nec ingenuum violarent marmora tofum.
hic tunc Vmbricius 'quando artibus' inquit 'honestis
nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum,
res hodie minor est, here quam fuit, atque eadem cras
deteret exiguis aliquid, proponimus illuc
ire, fatigatas ubi Daedalus exuit alas,
dum nova canities, dum prima et recta senectus,
dum superest Lachesi quod torqueat, et pedibus me
porto meis nullo dextram subeunte bacillo.
cedamus patria. vivant Artorius istic
et Catulus, maneant qui nigrum in candida vertunt,
quis facile est aedem conducere flumina portus,
siccandam eluviem, portandum ad busta cadaver,
et praebere caput domina venale sub hasta.
quondam hi cornicines et municipalis harenae
perpetui comites notaeque per oppida buccae,
munera nunc edunt et verso pollice vulgus
cum iubet, occidunt populariter; inde reversi
conducunt foricas, et cur non? omnia cum sint,
quales ex humili magna ad fastigia rerum

18 quia non erant naturales, sed manu factae. quanto melius esset, si natura sua essent nymphae quam marmoribus exornatae et pollutae a flagitiosis hominibus. 23 res hodie minor est. pauperibus. de ipsa parva iam deminuit aliquid. 29 per Artorium et Catulum ignobiles et sordidos et malis artibus viventes homines vult intellegi, qui ex sordidis rebus divites sunt facti.

31 ut publicani. 32 cloacam. qui locant se ut mortuos portent. 33 qui possunt a fisco vendi quasi debitores fisci.

34 cornicines symphoniaci. parasiti. aut gladiatorum aut venatorum comites fuerunt eorum qui in municipiis pugnaverunt, non in urbe. 36 ab his populus occiditur, quos ante populus iubebat, id est imperabat occidi. 38 stercora, hoc est vectigal. forire est pro deonerare ventrem, forire enim foras eicere. alii tabernas dicunt foro vicinas aut vectigal vinarium. 39 ἀνακόλουθον. dicere ante debuit 'tales' et sic 'quales'.

18 praesentius *Grangaeus et NHeinsius*: pra *cetera erasa P* prestantius *p ω* 19 aque *p* 21 Hinc *P corr. p* 24 Deteret] -ret exiguis *in litura ampliore P* Deterit *Priscianus GLK. III p. 71*

32 Siccandam luuiem *P* Siccandā eluuiem *p* 37 Cum iubet *P* Quem lubet *p* 38 poricas *spiritu ante o superaddito P* *continuabant* non omnia?

extollit quotiens voluit Fortuna iocari.
quid Romae faciam? mentiri nescio; librum,
si malus est, nequeo laudare et poscere; motus
astrorum ignoro; funus promittere patris
nec volo nec possum; ranarum viscera numquam
inspexi; ferre ad nuptam quae mittit adulter,
quae mandat, norunt alii; me nemo ministro
fur erit, atque ideo nulli comes exeo tamquam
mancus et extinctae, corpus non utile, dextrae.
quis nunc diligitur nisi conscius et cui fervens
aestuat occultis animus semperque tacendis?
nil tibi se debere putat, nil conferet umquam,
participem qui te secreti fecit honesti:
carus erit Verri, qui Verrem tempore quo vult
accusare potest. tanti tibi non sit opaci
omnis harena Tagi quodque in mare volvitur aurum,
ut somno careas ponendaque praemia sumas
tristis et a magno semper timearis amico.
quae nunc divitibus gens acceptissima nostris,
et quos praecipue fugiam, properabo fateri,
nec pudor opstabit. non possum ferre, Quirites,
graecam urbem; quamvis quota portio faecis Achaei?
iam pridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes
et linguam et mores et cum tibicine chordas
obliquas nec non gentilia tympana secum
vexit et ad circum iussas prostare puellas.
ite, quibus grata est picta lupa barbara mitra:
rusticus ille tuus sumit trechedipna, Quirine,

43 his qui sub severo patre agentes de morte ipsius cogitant. 45 lenocinium exercere non possum. 46 non possum assessor esse furis iudicis. bene adlusit de consiliaribus. 54 nullae, inquit, divitiae tanti tibi sint, ut cum mala conscientia habeantur. 56 quod deponere debeas, id est abicere et neglegere. 60 exclamatio. 'porro Quirites'. 62 fluvius in Antiochia civitate, per quem Syros significat. ut Virg. [*Aen.* 8, 728] 'et pontem indignatus Araxes'. 67 ecce in quantum Romani rustici didicerunt luxuriam, et palaestris uti et phylacteriis ut athletae ad vincendum. vestimenta parasitica, vel galliculas graecas currentium ad cenam.

40 locari *P* 48 exstincta *et* dextra *Eremita* 58 nunc *P*: non *p* 61 achaei *ω schol. Lucani I 284*: achaeae *P sed superscriptum* achiui

et ceromatico fert niceteria collo.
hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta,
hic Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis
Esquilias dictumque petunt a vimine collem,
viscera magnarum domuum dominique futuri.
ingenium velox, audacia perdita, sermo
promptus et Isaeo torrentior. ede quid illum
esse putes. quemvis hominem secum attulit ad nos:
grammaticus rhetor geometres pictor aliptes
augur schoenobates medicus magus, omnia novit
Graeculus esuriens; in caelum, iusseris, ibit.
in summa non Maurus erat neque Sarmata nec Thrax
qui sumpsit pinnas, mediis sed natus Athenis.
horum ego non fugiam conchylia? me prior ille
signabit fultusque toro meliore recumbet,
advectus Romam quo pruna et cottona vento?
usque adeo nihil est, quod nostra infantia caelum
hausit Aventini baca nutrita Sabina?
quid quod adulandi gens prudentissima laudat
sermonem indocti, faciem deformis amici,
et longum invalidi collum cervicibus aequat
Herculis Antaeum procul a tellure tenentis,
miratur vocem angustam, qua deterius nec
ille sonat quo mordetur gallina marito?
haec eadem licet et nobis laudare, sed illis
creditur. an melior, cum Thaida sustinet aut cum
uxorem comoedus agit vel Dorida nullo

70 hae omnes urbes sunt et insulae Asiae, quarum amoenitas et caeli temperies dissolutiores efficit viros. quarum accolas in urbem Romam transisse significat. 72 interiores amici. 74 ʽIsaeus rhetor fuit Atheniensis, ut Probus inquit, illius temporis. cuius et Tranquillus meminit. alter Isocratis, ut ferunt, discipulus praeceptorque Demosthenis, ut quidam sentiunt, Atheniensis, ut alii, Chalcideus. sed Isaeum dixisse hunc credi par est, de quo Plinius in epistolis [2, 3] ʽmagna Isaeum fama praecesserat, maior inventus estʼ *Valla*. 79 in summa. ad postremum, ut Virg. [*Aen*. 4, 237] ʽhaec summa estʼ. ad ultimum. 81 fucatos habitus et Romanae togae erubescendos. id est capitium. purpuras, quas conchylia gignant. 90 id est gracilem. 94 an melius aliquis

68 feret *P* 69 amigdone *Ppr*. 78 iusseris *p* ω: miseris *Arouiensis et ut uidetur P* 79 Ad summã *p* 80 athenis] ahiuis *sic sine* c *p* 94 pullo *Buchnerus*

cultam palliolo? mulier nempe ipsa videtur,
non persona, loqui; vacua et plana omnia dicas
infra ventriculum et tenui distantia rima.
nec tamen Antiochus nec erit mirabilis illic
aut Stratocles aut cum molli Demetrius Haemo:
natio comoeda est. rides, maiore cachinno
concutitur; flet, si lacrimas conspexit amici,
nec dolet; igniculum brumae si tempore poscas,
accipit endromidem; si dixeris "aestuo", sudat.
non sumus ergo pares: melior, qui semper et omni
nocte dieque potest aliena sumere vultum
a facie, iactare manus, laudare paratus,
si bene ructavit, si rectum minxit amicus,
si trulla inverso crepitum dedit aurea fundo.
praeterea sanctum nihil est nec ab inguine tutum,
non matrona laris, non filia virgo, neque ipse
sponsus levis adhuc, non filius ante pudicus;
horum si nihil est, aviam resupinat amici.
scire volunt secreta domus atque inde timeri.
et quoniam coepit Graecorum mentio, transi
gymnasia atque audi facinus maioris abollae.
stoicus occidit Baream delator amicum

agit comoediam Graeco, cum aut amicam aut uxorem aut ancillam imitatur? nonne ipsas praesentes creditis exhiberi personas? 96 dicas, inquit, in comoedi habitu nihil fucatum, quin ipse qui loquitur mulier videatur. omnia dicas. sine pene. id est inguina feminea. 97 naturam muliebrem significat. 98 hi illius temporis comoedi fuerunt. 101 et risum et lacrimas imitatur. 102 si pallium quaesierit, et ipse poscit. 103 lodicem qua se cooperiunt. 108 si pepederit. alii sic intelligunt, ut si calix aureus crepitum dederit cadens e manu divitis. 110 non domina domus. 112 si horum nullus inveniatur qui possit corrumpi, si fuerit anus, ad ipsam se convertit. 113 conscii volunt esse rei familiaris. 114 praetermitte minora eorum vitia et veni ad maiora. 115 proverbium. quasi maioris togae, id est sceleris potioris. abolla species est maioris vestis, quasi pallii maioris. ergo abollae per ironiam dixit, quasi sanctioris philosophi. 116 detulit stoicus imperatori discipulum suum Baream dicens quasi in

104 *damnarat Iahnius* 105 alienv̄ *p* 109 est nec *om. P* r(equire) *margo* est neq; *superscr. p*: aut ω 112 aulam *p* 113 *delebat Pinzgerus*

discipulumque senex ripa nutritus in illa,
ad quam Gorgonei delapsa est pinna caballi.
non est Romano cuiquam locus hic, ubi regnat
Protogenes aliquis vel Diphilus aut Hermarchus,
qui gentis vitio numquam partitur amicum,
solus habet. nam cum facilem stillavit in aurem
exiguum de naturae patriaeque veneno,
limine summoveor, perierunt tempora longi
servitii; nusquam minor est iactura clientis.
  quod porro officium, ne nobis blandiar, aut quod
pauperis hic meritum, si curet nocte togatus
currere, cum praetor lictorem impellat et ire
praecipitem iubeat dudum vigilantibus orbis,
ne prior Albinam et Modiam collega salutet?
divitis hic servo cludit latus ingenuorum
filius; alter enim quantum in legione tribuni
accipiunt, donat Calvinae vel Catienae,
ut semel aut iterum super illam palpitet; at tu,
cum tibi vestiti facies scorti placet, haeres
et dubitas alta Chionen deducere sella.

eius perniciem cum ceteris coniurasset. hoc temporibus Neronis factum est. 117 apud Tarsum civitatem Ciliciae, quam praeterfluit amnis Cydnus. cuius urbis est conditor Perseus, qui nomen civitati ex facto dedit, quia ibi una ex talaribus pinnis ei excidit. 118 apud Tarson propter Perseum et Pegasum, quod de sanguine Medusae equus natus sit Pegasus. 121 Graeci enim soli volunt maioribus amici esse, hoc est *μονοφιλεῖς*. 124 longi. quicquid ante obsecutus sum. 125 minus nusquam damnum est in cliente perdendo. propter Graecum excluditur. 127 quid, inquit, pauper amplius facturus est, cum ipse patronus ad aliorum festinet obsequium? 129 ad quos heredipetae volant. quamvis praetor eos contemnat, festinat tamen. has orbas et divites vult intelligi. 131 aut in medium servum mittit aut in sinistra ambulat. 132 cogitur, inquit, ingenuus currere cum servis, qui se facultatibus vincunt. quantum enim tribuni solent accipere stipendii, tantum servi meretricibus donant. 133 praetoris cuiusdam soror, quae se occidit tamquam infamis in fratre temporibus Claudi. 136 inde sellariae dicuntur. id est a sella. unam mere-

117 discipulamque *FRitterus* 122 facile *Ppr.* 127 curret ς 130 Nec *Ppr.* aut *p* 131 serui claudit *p* 133 catilenae *Ppr.*

da testem Romae tam sanctum, quam fuit hospes
numinis Idaei, procedat vel Numa vel qui
servavit trepidam flagranti ex aede Minervam:
protinus ad censum, de moribus ultima fiet
quaestio. "quot pascit servos? quot possidet agri
iugera? quam multa magnaque paropside cenat?"
quantum quisque sua nummorum servat in arca,
tantum habet et fidei. iures licet et Samothracum
et nostrorum aras, contemnere fulmina pauper
creditur atque deos dis ignoscentibus ipsis.
quid quod materiam praebet causasque iocorum
omnibus hic idem, si foeda et scissa lacerna,
si toga sordidula est et rupta calceus alter
pelle patet, vel si consuto vulnere crassum
atque recens linum ostendit non una cicatrix?
nil habet infelix paupertas durius in se,
quam quod ridiculos homines facit. "exeat" inquit
"si pudor est, et de pulvino surgat equestri
cuius res legi non sufficit, et sedeant hic
lenonum pueri quocumque ex fornice nati,
hic plaudat nitidi praeconis filius inter
pinnirapi cultos iuvenes iuvenesque lanistae":

tricum a sella sua abducere conductam cunctaris, cum alii adulteria emant. 137 Scipio Nasica, quem propter probitatem vitae suae senatus elegit, ut hospes esset matris deum, id est ut simulacrum eius domi suae haberet, dum ei templum fieret, quod simulacrum de Phrygia allatum est. hic est Scipio, qui oppressit Tiberium Gracchum leges agrarias ferre conantem. 138 L. Caecilium dicit Metellum pontificem maximum, qui ardente templo Vestae Palladium ex mediis ignibus rapuit ibique caecatus est. iste enim cum per Latinam viam proficisceretur, augurio corvi in oculos suos volantis revocatus est, et Palladium cum ex incendio rapuisset, passus est caecitatem. 143 Lucilius 'aurum atque ambitio specimen virtutis utrumque est. tantum habeas, tantum ipse sies tantique habearis'. 145 pauperi enim quasi propter egestatem periuranti dii non irascuntur. 151 a sutriballo sutus. 155 Othonis lex, in qua iussit eos, qui quadringentorum sestertiorum habent reditus, in numero equitum esse. 158 divites de genere gladiatoris. a

141 agri *p*ω: agros *P* 142 Iugera *add.* *p*ω *om.* *P exorsus uersum a* Quam parapside *p* (*de quo monui mus. rhen. 39 p. 426*) 154 et de *in litura P* (dete *lemma S*) 156 in fornice *p* 158 iuuenēque *p erasa* s

sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni.
quis gener hic placuit censu minor atque puellae
sarcinulis impar? quis pauper scribitur heres?
quando in consilio est aedilibus? agmine facto
debuerant olim tenues migrasse Quirites.
haut facile emergunt quorum virtutibus opstat
res angusta domi, sed Romae durior illis
conatus: magno hospitium miserabile, magno
servorum ventres, et frugi cenula magno.
fictilibus cenare pudet, quod turpe negabis
translatus subito ad Marsos mensamque Sabellam
contentusque illic Veneto duroque cucullo.
pars magna Italiae est, si verum admittimus, in qua
nemo togam sumit nisi mortuus. ipsa dierum
festorum herboso colitur si quando theatro
maiestas tandemque redit ad pulpita notum
exodium, cum personae pallentis hiatum
in gremio matris formidat rusticus infans,

pinna. pinnis pavonum ornari solent gladiatores, si quando ad pompam descendunt. pinnirapos autem dicit lanistas. ex habitu gladiatorum. quia post mortem retiarii pinnam id est manicam rapit, ut ostendat populo se vicisse. aut ideo pinnirapos, quia pinnas in galeis habebant. ut Lucilius 'cum septem incolumis pinnis redit ac recipit se'. 161 sarcinulis nunc doti. colligit autem quasi incommoda paupertatis, ut non maritus uxori sit pauperior.

164 collecta, inquit, multitudine debuerant pauperes migrare ex urbe. nunc quasi non pauperes, sed quasi Romae mediocres gravius transient. 166 care manetur pensione. 167 mediocris cenula caro comparatur. cibaria servorum care emuntur.

168 in urbe in fictilibus vasis manducare turpe videbatur. quod si apud Marsos aut Sabinos videris, negabis esse turpe.

170 aut crasso habitu aut quales cucullos habent Perusini. vel a colore aut provincia venetos. 172 ut ei super lectum mittant, dum mortuus effertur. 173 quoniam post longum tempus celebrantur ludi. 174 non novum aut exquisitum. 175 exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, qui ridiculus foret, ut quicquid lacrimarum atque tristitiae, quae exissent ex tragicis affectibus, huiusque spectaculi risus detergeret. huius et Lucilius meminit 'principio exitus dignus exodiumque sequetur'.

164 mergunt *P corr. p* 167 *uersum hic omissum in imo margine suppleuit P* 168 necabis *P*: negauit *p*

aequales habitus illic similesque videbis
orchestram et populum, clari velamen honoris
sufficiunt tunicae summis aedilibus albae.
hic ultra vires habitus nitor, hic aliquid plus
quam satis est interdum aliena sumitur arca.
commune id vitium est, hic vivimus ambitiosa
paupertate omnes. quid te moror? omnia Romae
cum pretio. quid das, ut Cossum aliquando salutes?
ut te respiciat clauso Veiento labello?
ille metit barbam, crinem hic deponit amati;
plena domus libis venalibus: accipe et istud
fermentum tibi habe: praestare tributa clientes
cogimur et cultis augere peculia servis.
  quis timet aut timuit gelida Praeneste ruinam
aut positis nemorosa inter iuga Volsiniis aut
simplicibus Gabiis aut proni Tiburis arce?
nos urbem colimus tenui tibicine fultam
magna parte sui; nam sic labentibus obstat
vilicus, et veteris rimae cum texit hiatum,
securos pendente iubet dormire ruina.
vivendum est illic ubi nulla incendia, nulli
nocte metus. iam poscit aquam, iam frivola transfert
Vcalegon, tabulata tibi iam tertia fumant:

177 actores mimorum similes spectatoribus videas, ex vestis habitu pares. 178 orchestra spatium in quo saltat pantomimus. vel idem qui in orchestra procedit aut spectatur. 180 potest esse genitivus, huius habitus nitor. possunt et singula pronuntiari nominativo casu. 184 tunc temporis nobilem et superbum. 188 fermentum. dulcium malum, quod stomachum indigestum praestat.

praestare tributa. id est servis donare cogimur, ut admittamur ad salutationem dominorum. 189 bene vestitis. quippe festo die suo. 190 aut ab aquarum abundantia dicit 'gelida', quia omnes aquae in urbem inde veniunt, aut frigorosam. 192 non ornatis.

in praecipiti posita, ut Horatius [*od.* 3, 4, 23] 'clivumque supinum'. 193 tamquam tibicina. id est materia gracilis.

196 rupturas parietum calce modica perfundunt et inquilinos iubent manere, tamquam si restaurassent ruinam. 199 ut Virg. [*Aen.* 2, 311] 'iam proximus ardet Vcalegon'. fumant. superi-

182 ambitiosi *Ppr.* 186 amati *radendo factum ex* amatur? *P*
187 libris *P sed superscriptum* panibus istud *P* uel illud *superscr. p* 188 praestant *p* 190 ruina *P corr. p* 197 est *P add. ω cf.* 210

tu nescis; nam si gradibus trepidatur ab imis,
ultimus ardebit quem tegula sola tuetur
a pluvia, molles ubi reddunt ova columbae.
lectus erat Codro Procula minor, urceoli sex
ornamentum abaci nec non et parvulus infra
cantharus, et recubans sub eodem marmore Chiro
iamque vetus graecos servabat cista libellos,
et divina opici rodebant carmina mures.
nil habuit Codrus, quis enim negat? et tamen illud
perdidit infelix totum nihil. ultimus autem
aerumnae est cumulus, quod nudum et frusta rogantem
nemo cibo, nemo hospitio tectoque iuvabit.
si magna Asturici cecidit domus, horrida mater,
pullati proceres, differt vadimonia praetor.
tum gemimus casus urbis, tunc odimus ignem.
ardet adhuc, et iam accurrit qui marmora donet,
conferat inpensas; hic nuda et candida signa,
hic aliquid praeclarum Euphranoris et Polycliti,
haec Asianorum vetera ornamenta deorum,
hic libros dabit et forulos mediamque Minervam,
hic modium argenti. meliora ac plura reponit
Persicus orborum lautissimus et merito iam

ora tecta et tristega. 202 quia super tecta columbaria fiunt.

203 pauper poeta, cuius et supra [1, 2] meminit. 204 quod nos delphicam appellamus. 205 quemadmodum solent e marmoribus facere sigilla diversa. a posteriore parte recumbens hippocentaurus. 207 opizin Graeci dicunt de his qui inperite locuntur. alii opicos dicunt eos qui foedam vocem habent. 211 iuvabit. suscepit. 212 nobilis senatoris. a parte totum, id est matronae. 213 pullati. cum nigris vestibus lugentes.

214 tum gemimus casus. non incandiunt lares nostri aut prae tristitia aut propter casum, nec focum in domo nostra fieri patimur, quod et lugentes observare solent. 216 statuas marmoreas.

217 Athenienses caelatores fuerunt. 218 haec Asianorum. superstitiosae gentem nominavit. 219 armariam sive bibliothecam.

221 Persicum quasi divitem posuit eo quod Persae divites. sic Horatius [*od.* 1, 38, 1] 'Persicos odi'. Terentius [*Ad.* 915] 'dinu-

203 Codro — sex *om. P add. p* 205 chiron *p* 210 est *expunxit p om.* ω, *recte puto, cf.* 197 frustra *Ppr.* 212 asturi *p erasis* ci 214 Tum gemimus *P* (*non* Tunc *nec* geminus) 215 occurrit *p* 217 poluclyti *tum* poli- *P* 218 Haecas- *PS*: Fecas- *p*

suspectus, tamquam ipse suas incenderit aedes.
si potes avelli circensibus, optima Sorae
aut Fabrateriae domus aut Frusinone paratur,
quanti nunc tenebras unum conducis in annum.
hortulus hic puteusque brevis nec reste movendus,
in tenuis plantas facili diffunditur haustu.
vive bidentis amans et culti vilicus horti,
unde epulum possis centum dare Pythagoreis.
est aliquid, quocumque loco, quocumque recessu
unius sese dominum fecisse lacertae.
plurimus hic aeger moritur vigilando, sed ipsum
languorem peperit cibus inperfectus et haerens
ardenti stomacho; nam quae meritoria somnum
admittunt? magnis opibus dormitur in urbe.
inde caput morbi. raedarum transitus arto
vicorum inflexu et stantis convicia mandrae
eripient somnum Druso vitulisque marinis.
si vocat officium, turba cedente vehetur
dives et ingenti curret super ora Liburna
atque obiter leget aut scribet vel dormiet intus;
namque facit somnum clausa lectica fenestra.
ante tamen veniet: nobis properantibus opstat
unda prior, magno populus premit agmine lumbos

meret nunc ille Babylo XX minas'. 222 ideo suspicati sunt ultro ipsum succendisse domui suae, quoniam meliora et ampliora ei collata sunt. 224 civitatum nomina Campaniae. 229 secta philosophorum, qui ab animalibus abstinent et olera tantum manducant. 231 notandum quia feminino genere dixit 'lacertae', cum Virgilius [*ecl.* 2, 9] masculino dixerit 'lacertos'. 234 taberna ab eo quod mercedes praestat. 235 magna potentia silentium imponitur vicinis tabernariis. vel magno pretio somnus constat. 237 mandrae. locus in quo porci includuntur. 238 Drusus qui multum dormiebat. 239 si officium faciendum sit consuli ac praetori, disponit. 240 liburna a. lectica magna liburnata, nec gerulus Liburnus. ipse 'tarde venisse Liburnus' in secundo libro [6, 477]. 243 quo festinat, ante nos venit, cum ab omnibus illi locus transeundi detur.

224 paretur *p* 226 mouendus] us *corr. ex* is*? P* 227 defunditur *P corr. p* 232 aeger *in litura totum P* sed illum *Priscianus GLK. II p. 409 et 427 et III p. 233* 235 urbem *Ppr.* 236 praedarum *Ppr.* 237 stantis *p*: tantis *P* 238 surdo *Speyer* 240 liburna *P*: liburno *p*

qui sequitur; ferit hic cubito, ferit assere duro
alter, at hic tignum capiti incutit, ille metretam.
pinguia crura luto, planta mox undique magna
calcor, et in digito clavus mihi militis haeret.
nonne vides quanto celebretur sportula fumo?
centum convivae, sequitur sua quemque culina.
Corbulo vix ferret tot vasa ingentia, tot res
inpositas capiti, quas recto vertice portat
servulus infelix et cursu ventilat ignem.
scinduntur tunicae sartae modo, longa coruscat
serraco veniente abies, atque altera pinum
plaustra vehunt, nutant alte populoque minantur.
nam si procubuit qui saxa Ligustica portat
axis et eversum fudit super agmina montem,
quid superest de corporibus? quis membra, quis ossa
invenit? obtritum vulgi perit omne cadaver
more animae. domus interea secura patellas
iam lavat et bucca foculum excitat et sonat unctis
striglibus et pleno componit lintea guto.
haec inter pueros varie properantur, at ille
iam sedet in ripa taetrumque novicius horret
porthmea nec sperat caenosi gurgitis alnum
infelix nec habet quem porrigat ore trientem.

245 amite lecticae. lecticarios significat. 246 vas quod amphoram capit. 249 quanta inundatio fiet sportulam accipientium. fumo. quanta apparatione. 250 culina. pulmentaria portant secum conparata ex sportula. 251 alii dicunt athletam illius temporis fortem Corbulonem fuisse, alii genus navis. 255 vehicula nam materias portantia euntibus inpediunt. 257 nomen insulae. 260 minutatim concisum.

261 sicut animae non videntur, ita cadaver obteritur.

263 haec apparatur ad balnea ferre, si venerit, quem nescit peremptum. guto autem i. oleo ab eo quia guttam mittit. quos habent capsarii. strigula autem est quod xystram dicunt, unde oleum deteritur. 265 id est, qui defunctus est, mox ad inferos pervenit. ut Virgilius [*Aen.* 6, 450] 'inter quas Phoenissa recens a vulnere Dido'. 266 Charonem porthmeum dicit, non angustum traiectum. 267 nummum, stipem. et nunc apud Athe-

246 lignum *p* 259 de *p*: e *P* 262 uncus *aut* undis *P*: untis *p erasa* c 263 stricilibus *P* strigil- *p* 265 teatrumque *Ppr.* 266 Portamea *P*, *priorem* a *adrasit p*

respice nunc alia ac diversa pericula noctis:
quod spatium tectis sublimibus unde cerebrum
testa ferit, quotiens rimosa et curta fenestris
vasa cadant, quanto percussum pondere signent
et laedant silicem. possis ignavus haberi
et subiti casus inprovidus, ad cenam si
intestatus eas: adeo tot fata, quot illa
nocte patent vigiles te praetereunte fenestrae.
ergo optes votumque feras miserabile tecum,
ut sint contentae patulas defundere pelves.
ebrius ac petulans qui nullum forte cecidit,
dat poenas, noctem patitur lugentis amicum
Pelidae, cubat in faciem, mox deinde supinus;
ergo non aliter poterit dormire; quibusdam
somnum rixa facit. sed quamvis improbus annis
atque mero fervens cavet hunc, quem coccina laena
vitari iubet et comitum longissimus ordo,
multum praeterea flammarum et aenea lampas.
me, quem luna solet deducere vel breve lumen
candelae cuius dispenso et tempero filum,
contemnit. miserae cognosce prohoemia rixae,
si rixa est ubi tu pulsas, ego vapulo tantum.
stat contra starique iubet, parere necesse est;

nienses mortuis solent in ore nummum inmittere, ut apud inferos non tamquam inopes errent. unde naulum Charo accipere solebat. ut Virg. [*Aen.* 6, 325] 'haec omnis, quam cernis, inops inhumataque turba est'. 269 unde cerebro. id est coniuncte quanto in excelso sint insulae. 275 quasi per omnes fenestras iactare soleant et transeuntes occidere. 277 hoc tibi, inquit, opta pro vita ut stercore perfundaris potius quam alio gravi pondere feriaris.

277 conchas in quibus pedes lavant. aut vasa fictilia. *ποδάνιπτρα*. 279 quomodo Achilles maestus fuit pro Patroclo, quando occisus est, sic passivus, si neminem ceciderit. non potest dormire sine lite. 283 laena quod divites olim utebantur. coccina purpurea dixit, ut Virg. [*Aen.* 4, 262] 'varioque ardebat murice laena'. aut antiqui amphimallum laenam appellabant. 287 cuius candelae papyrum temporibus partior, ut duret. 289 ut Terentius [*Ad.* 213] 'ego vapulando, ille verberando, usque ambo defessi sumus'.

269 cerebro *puto Ppr.* 271 cadent *p* 281 *delebat Heineckius. interrogationem plerique faciunt* 288 premia *p*

nam quid agas, cum te furiosus cogat et idem
fortior? "unde venis?" exclamat "cuius aceto,
cuius conche tumes? quis tecum sectile porrum
sutor et elixi vervecis labra comedit?
nil mihi respondes? aut dic aut accipe calcem.
ede ubi consistas, in qua te quaero proseucha?"
dicere si temptes aliquid tacitusve recedas,
tantumdem est: feriunt pariter, vadimonia deinde
irati faciunt. libertas pauperis haec est:
pulsatus rogat et pugnis concisus adorat
ut liceat paucis cum dentibus inde reverti.
nec tamen haec tantum metuas. nam qui spoliet te
non derit clausis domibus, postquam omnis ubique
fixa catenatae siluit compago tabernae.
interdum et ferro subitus grassator agit rem;
armato quotiens tutae custode tenentur
et Pomptina palus et Gallinaria pinus,
sic inde huc omnes tamquam ad vivaria currunt.
qua fornace graves, qua non incude catenae?
maximus in vinclis ferri modus, ut timeas ne
vomer deficiat, ne marrae et sarcula desint.
felices proavorum atavos, felicia dicas
saecula quae quondam sub regibus atque tribunis
viderunt uno contentam carcere Romam.

293 conche tum. faba inflatus es. folia porri sive condimentaria. 296 quidam nomen loci dicunt ad convivium constitutum ex gaudio dictum. alii dicunt locum ad quem convenire solebant mendici ad stipem petendam, alii tabernam in qua pauperes vivunt. proseucha locus Iudaeorum, ubi orant. προσεύχεσθαι enim graece orare dicitur. 298 haec est paupertatis miseria, ut post caedem in se collatam et causas dicat.

304 fixa catenata est. quia catenas grandes ferreas per singulas axes inducunt. 306 quotiens latrones praesidiis collocatis a solitis locis deiciuntur, Romam quasi ad certas praedationes refugiunt. 307 loca sunt abundantia latronibus in Campania. 308 id est ad paratos pastus. 311 ferramenta sunt, quibus terra colitur. 313 quia post illos reges tribuni m. consulari potestate rem publicam gubernarunt. 314 Tullianum scilicet, cuius aeque

293 concha *p* 296 *ante* 295 *posuit Pinzgerus* 298 deidem *P* (n *superscripta, erasa* m *si fuit* m) 302 quis polliet *Ppr.* 304 catenaestluit *P corr. p* 305 rem *in litura P* 311 marra *P* e *supra* a *ulteriorem p* 312 dicis *p*

his alias poteram et pluris subnectere causas.
sed iumenta vocant et sol inclinat, eundum est;
nam mihi commota iam dudum mulio virga
adnuit. ergo vale nostri memor, et quotiens te
Roma tuo refici properantem reddet Aquino,
me quoque ad Helvinam Cererem vestramque Dianam
converte a Cumis. saturarum ego, ni pudet illas,
adiutor gelidos veniam caligatus in agros.'

SATVRA IV

Ecce iterum Crispinus, et est mihi saepe vocandus
ad partes, monstrum nulla virtute redemptum
a vitiis, aegrae solaque libidine fortes
deliciae, viduas tantum spernatur adulter.
quid refert igitur, quantis iumenta fatiget
porticibus, quanta nemorum vectetur in umbra,

et Salustius [*Cat.* 55] meminit. 315 Vmbricii scilicet verba: poteram et alia incommoda urbis dicere, nisi animalia me vocarent. 317 innuit mulio raedae. 319 inde enim fuit Iuvenalis, de Aquino civitate Campaniae. 320 Helvinam Cererem. ibi namque apud Aquinum colunt numina earum dearum, quae colunt in Galliis.

IV de convivio Domitiani. 1 Crispinum dicit, qui sua terra Aegypto egentissimus fuit et postea factus est magister equitum Neronis. a me vocandus, id est qui saepe vitiis ipsius excitor ut crimina ipsius dicam. ergo 'iterum Crispinus'. 2 aut ad partes quasi comoediae, quae multae sunt in una, aut ad partes quasi convivii et epulationis. ita et Serenus libro II ait 'non dignus in quem debeam saturam calentem adcingere'. ad vituperationem operis mei. metaphora a comoedis. aut certe quia scaenici ad partes suas solent vocari. 3 figura. quid est Crispinus? 'aegrae solaque libidine fortes deliciae'. 6 virdiaria, ubi solent gestare.

317 iandudum *P* iamd- *p* 320 uestramque ω: uestamque *P*, *et quidem* ues *in litura maiore p*, tamque *iam P*, r *nusquam apparet*
321 Conuerte *P*, *superscriptum* uel conuelle, *sic* ω. *ortum id puto ex* conpelle 322 Adiutor *p* ω: *fortasse* Auditor *P*, *nam* diu *in rasura p scripsit* d *facta ex* u

IV de piscis magnitudine *titulus in P* 2 patres *P corr. p*
3 aegra *P* aeger *p* fortis *p* 4 Delicias uiduae *p*. *cf. Martialis VIII 48, 6* as *supra* spernatur *add. p* aspernatus ς

iugera quot vicina foro, quas emerit aedes?
nemo malus felix, minime corruptor et idem
incestus, cum quo nuper vittata iacebat
sanguine adhuc vivo terram subitura sacerdos.
sed nunc de factis levioribus. et tamen alter
si fecisset idem, caderet sub iudice morum;
nam quod turpe bonis Titio Seioque, decebat
Crispinum. quid agas, cum dira et foedior omni
crimine persona est? mullum sex milibus emit,
aequantem sane paribus sestertia libris,
ut perhibent qui de magnis maiora loquuntur.
consilium laudo artificis, si munere tanto
praecipuam in tabulis ceram senis abstulit orbi;
est ratio ulterior, magnae si misit amicae,
quae vehitur cluso latis specularibus antro.
nil tale expectes: emit sibi. multa videmus
quae miser et frugi non fecit Apicius. hoc tu
succinctus patria quondam, Crispine, papyro?
hoc pretio squamae? potuit fortasse minoris
piscator quam piscis emi; provincia tanti
vendit agros, sed maiores Apulia vendit.

7 hortos aut spatia dicit in suburbio. 9 haec virginibus Vestae poena fuerat decreta, ut si vitiatae fuissent, vivae in parietibus struebantur aut sub terra obruebantur. 11 non ea obiciens, quae in eum turpissima sunt. 16 sex librarum. 17 divites gluttones. 18 hoc argumento utebatur ad caelibes, ut muneribus eos lautissimis corrumpens hereditatem illorum captaret.

19 primam in qua heredes primi scribuntur. 20 est et alia ratio, quae eum cogeret grandem piscem emere, ut per eum matronam corrumpat. 21 lecticam mulieris aut sellam clausam.

22 non potest dici heredipeta. ventris sui cultor, luxuriosus est. 23 Apicius auctor praecipiendarum cenarum, qui scripsit de iuscellis. fuit nam exemplum gulae. 24 fuit nam Aegyptius Alexandrinus. in qua papyrum nascitur in Nilo. sicut vult Iuvenalis, Crispinus chartapola fuit. 25 hoc pretio s. piscem. a parte totum. 27 anthypophora. quasi Crispinus hoc responderit: 'quid

8 *damnarat Iahnius* 9 uitiata *S*: uittata *P quoque* (*si ex* uiti-, *correxit ipse P. et adscriptum est* redimiculis ligata uittis redimita sicut sacerdos) 13 Seioque *Calderinus*: serioque *Pω* 15 multum *P* uel mullum *in margine p* 18 si *P*: in *p* 25 praetios quam e *P*: praetium squame *pω*. squamam *Valla.* piscis *adscriptum in ipso uersu*, piscem *in scholio. hoc tu fecisti loco infimo natus? hoc pretio squamae emptae sunt?*

qualis tunc epulas ipsum gluttisse putamus
induperatorem, cum tot sestertia, partem
exiguam et modicae sumptam de margine cenae,
purpureus magni ructarit scurra Palati,
iam princeps equitum, magna qui voce solebat
vendere municipes fracta de merce siluros.
incipe, Calliope. licet hic considere, non est
cantandum, res vera agitur. narrate, puellae
Pierides. prosit mihi vos dixisse puellas.
cum iam semianimum laceraret Flavius orbem
ultimus et calvo serviret Roma Neroni,
incidit Adriaci spatium admirabile rhombi
ante domum Veneris, quam Dorica sustinet Ancon,
implevitque sinus; nec enim minor haeserat illis
quos operit glacies Maeotica ruptaque tandem
solibus effundit torrentis ad ostia Ponti

mihi invides? Apulia carius agros vendit'. vel maiores pisces vendit, quos tu provincialibus gratis abstulisti. 28 quantas, inquit, epulas princeps ipse consumpsit, cum extremae mensae epularum pars tanto constaret. et figura 'tot sestertia partem exiguam'.

32 magister equitum Romanorum factus est scilicet. 33 id est fracto vaso sardarum. eiusdem municipii, unde ipse, Aegyptios. siluri nam pisces sunt Alexandriae unde fuit Crispinus, nullius pretii, quos inopes in Aegypto venditant. 34 aut summisse dicere, aut proprie. res tenues dicere. 38 hoc convicium in Fl. Domitianum Titi fratrem Vespasiani filium iactat, quia calvus fuit. propterea quod Iuvenalis sub specie honoris relegatus est ad cohortis curam in Aegypto Hoasa, ubi mortuus est. nam et Suetonius [*Dom.* 18] refert quia calvus fuit. ultimum vero ideo dicit, quia cum Vespasianus et Titus et Domitianus Flavia ex gente fuerint, Domitianus ultimus illorum et dissimillimus imperavit. meminit hoc Valerius Martialis in epigrammate his versibus finito: 'Flavia gens, quantum tibi tertius abstulit heres. paene fuit tanti non habuisse duos'. 40 ante templum. graeca civitas, quam Graeci in Italia condiderunt. ideo Dorica. 41 implevitq. sinus. retia. Virgilius [*Aen.* 10, 819] 'implevitque sinus sanguis'. 42 quia qui in Ponto et Maeotia palude capiuntur pisces, inmanes et pingues ex ipsa tarditate, quoniam quando gelat, in glacie haerent. Salustius ita 'qua tempestate piscium vis Ponto erupit'. 43 torrentis. perfluentis, currentis. illic nam rheuma quaedam trahit mare.

31 ructaret *ω* 33 facta *P*: uel fracta *margo* 34 licet et *Ppr.* licet hic *P manu aeque antiqua et ω* 43 effudit torpentis *p*

desidia tardos et longo frigore pingues.
destinat hoc monstrum cumbae linique magister
pontifici summo. quis enim proponere talem
aut emere auderet, cum plena et litora multo
delatore forent? dispersi protinus algae
inquisitores agerent cum remige nudo
non dubitaturi fugitivum dicere piscem
depastumque diu vivaria Caesaris, inde
elapsum veterem ad dominum debere reverti.
si quid Palfurio, si credimus Armillato,
quidquid conspicuum pulchrumque est aequore toto,
res fisci est, ubicumque natat. donabitur ergo,
ne pereat. iam letifero cedente pruinis
autumno, iam quartanam sperantibus aegris
stridebat deformis hiems praedamque recentem
servabat. tamen hic properat, velut urgueat auster.
utque lacus suberant, ubi quamquam diruta servat
ignem Troianum et Vestam colit Alba minorem,
obstitit intranti miratrix turba parumper.

46 ex ironia summo. 47 et per littora et per omne mare delatores fuerunt, non solum per foros. 50 hoc dicerent, inquit, calumniatores vel delatores: hic talis piscis de vivario Caesaris elapsus est, et quia ibi pastus est, eodem debet reverti. 53 Palfurius Sura, consularis filius, sub Nerone luctatus est cum virgine Lacedaemonia in agone. post inde a Vespasiano senatu motus transivit ad stoicam sectam, in qua cum praevaleret et eloquentia et artis poeticae gloria, abusus familiaritate Domitiani acerbissime partes delationis exercuit. quo interfecto senatu accusante damnatus, cum fuisset inter delatores potentes apud Domitianum hi, Armillatus, Demosthenes et Latinus archimimus, sicut Marius Maximus scribit. 56 ne pereat. quod distrahi non potest. corrumpi ab aestu non poterat, quia autumno discedente hiems venit. Virg. [*g.* 4, 135] 'et cum tristis hiems'. 57 per autumnum nam vigilant morbi. 60 id est cum prope lacus Albanenses iam venisset piscator. 61 Romani cum Tullo Hostilio rege cum diruissent Albam, sacra sublata Romam transtulerunt et deos penates. quorum penetrale tam venerabile deprehensum est, ut lapidatio de caelo caderet supra memorati ponderis. propter quod prodigium

45 Desinat *P*, si *in litura, superscriptum* transmittit 47 litore *Ppr.* 51 Despastum *Ppr.* 53 palfuriosi *P*: r *ex* l *fecit et* si *erasit p* 59 uelut ω: uel *P*

ut cessit, facili patuerunt cardine valvae;
exclusi spectant admissa obsonia patres.
itur ad Atriden. tum Picens 'accipe' dixit
'privatis maiora focis. genialis agatur
iste dies, propera stomachum laxare sagina
et tua servatum consume in saecula rhombum.
ipse capi voluit.' quid apertius? et tamen illi
surgebant cristae; nihil est quod credere de se
non possit cum laudatur dis aequa potestas.
sed derat pisci patinae mensura. vocantur
ergo in consilium proceres, quos oderat ille,
in quorum facie miserae magnaeque sedebat
pallor amicitiae. primus clamante Liburno
'currite, iam sedit' rapta properabat abolla
Pegasus, attonitae positus modo vilicus urbi.
anne aliud tum praefecti? quorum optimus atque
interpres legum sanctissimus omnia quamquam
temporibus diris tractanda putabat inermi
iustitia. venit et Crispi iucunda senectus,

ex libris Sibyllinis iussi pontifices ex SC. Albae sacra renovare. tanta enim repente, cum ea vellent transferre, grando cecidit, ut intellegerent suis locis sacra non esse movenda. inde ibi perseverant. ideo et Vestam minorem dixit ad compositionem. 65 piscator de provincia ubi piscis fuerat captus. 67 saginam. alii sagittis, ut sit sensus acutis curis vel exercitatione sagittarum. digestioni inquit et harenis quibus vectari illum debere dicit ob cibum futurum. legitur et saginis, id est escis futuris stomachi indigestum praeparare. 69 hac laude intumescebat imperator quamvis falsa.

75 simulatae amicitiae. Cicero 'nullae sunt occultiores insidiae quam quae latent in simulatione officii'. clamante Liburno. qui admissionibus praeerat. 77 Pegasus filius trierarchi, ex cuius liburnae parasemo nomen accepit, iuris studio gloriam memoriae meruit, ut liber vulgo, non homo diceretur. hic functus omni honore cum provinciis plurimis praefuisset, urbis curam administravit. hinc est Pegasianum SC. vilicus urbi. eleganter sub Nerone urbis praefecturam iacuisse dicit. 80 quamquam optimus tum pro tempore omnia iniuste agenda credebat. 81 Lucanus [8, 476] 'fractisque modestior annis'. Crispus municeps Vercellensis tiro-

63 Et cessit *p* 67 sagina *Buecheler et Weidner*: saginam *P* saginis *Sp*ω sagittis *S* saginae *Iahnius cf. Cypriani heptat. Num. 355* laeta uentres laxare sagina 71 possint *P sed* n *expuncta est* aequa• *P* 78 *delebat Heinrichius* tunc ω 79 quamque *P*: uel quamquam *p*

cuius erant mores qualis facundia, mite
ingenium. maria ac terras populosque regenti
quis comes utilior, si clade et peste sub illa
saevitiam damnare et honestum adferre liceret
consilium? sed quid violentius aure tyranni,
cum quo de pluviis aut aestibus aut nimboso
vere locuturi fatum pendebat amici?
ille igitur numquam derexit bracchia contra
torrentem, nec civis erat qui libera posset
verba animi proferre et vitam inpendere vero.
sic multas hiemes atque octogensima vidit
solstitia, his armis illa quoque tutus in aula.
proximus eiusdem properabat Acilius aevi
cum iuvene indigno quem mors tam saeva maneret
et domini gladiis tam festinata; sed olim
prodigio par est in nobilitate senectus,

cinio suo in senatu ita coepit: 'patres conscripti et tu Caesar'. propter quod simulata oratione plenissime a Tiberio conlaudatus. plurimas sponte causas apud C v. egit, pro qua re in basilica Iulia eius statua posita est. consulatus duos gessit. uxores habuit duas, primam Domitiam, deinde Agrippinam, illam amitam, hanc matrem Neronis Caesaris. possedit bis milies sestertia. omnium principum gratiam adpetivit, sed praecipue C. Caesaris, quem iter facientem secutus est per Alpis. hic nullo audiente ab eodem interrogatus, haberetne sicut ipse cum sorore germana consuetudinem, 'nondum' inquit, quantumvis decenter et caute, ne C. aut negantem eum argueret aut adsentientem sibimet mendacio dehonestaret. periit per fraudem Agrippinae, quam heredem reliquerat, et funere publico elatus est. 89 id est numquam voluntatibus Neronis obstitit. 92 sic in vita diu multumque duravit, dum praeceptis Caesaris paret. 94 'Acilius Glabrionis filius consul sub Domitiano fuit Papinii Statii carmine de bello Germanico quod Domitianus egit probatus: 'lumina Nestorei mitis prudentia Crispi, et Fabius Veiento; potentem signat utrumque purpura, ter memores implerunt nomine fastos; et prope Caesareae confinis Acilius aulae' *Valla.* consul sub Domitiano fuit. indignus pati quae passus est. huius cum iuvenem Nero occideret, ipsum Acilium servavit, qui poenas sentiret orbitatis. Virgilius [*Aen.* 2, 561] 'ut regem aequaevum'.

83 terras *pω*: terra *P* terram *Iahnius* gerenti *P*: uel regenti *p* 88 locuturis *Ppr.* 95 tam *ex* iam *P* 96 iam *ex* tam *p* 97 in *pω*: *tantundem litterarum erasum in P.* cum *Pithoeus*

unde fit ut malim fraterculus esse gigantis.
profuit ergo nihil misero, quod comminus ursos
figebat Numidas Albana nudus harena
venator. quis enim iam non intellegat artes
patricias? quis priscum illud miratur acumen,
Brute, tuum? facile est barbato inponere regi.
nec melior vultu quamvis ignobilis ibat
Rubrius, offensae veteris reus atque tacendae,
et tamen inprobior saturam scribente cinaedo.
Montani quoque venter adest abdomine tardus,
et matutino sudans Crispinus amomo
quantum vix redolent duo funera, saevior illo
Pompeius tenui iugulos aperire susurro,
et qui vulturibus servabat viscera Dacis
Fuscus marmorea meditatus proelia villa,
et cum mortifero prudens Veiento Catullo,
qui numquam visae flagrabat amore puellae,
grande et conspicuum nostro quoque tempore monstrum,
caecus adulator dirusque a ponte satelles,
dignus Aricinos qui mendicaret ad axes

98 id est ignobilis. 100 et iste iuvenis in lusorio Caesaris ursos saepe quasi venator occidit. 103 Tarquinio superbo. propexam enim barbam habuit, cum socer eius Servius Tullius adtonsam haberet, quem ipse occidit. dicit ergo cinaedum non facile posse falli. 105 iste Rubrius aliquando Domitianum in pueritia corruperat, et verebatur ne pro hac mercede poenas ab ipso reposceret. 107 nam Montanus pinguis et ventrosus erat. et acerbe ventrem potius quam ipsum venire dixit. 110 qui levi susurro poterat alios deferens ad necem tradere. aut per leves suspiciones solitus sit homines iugulare. 112 Fuscus sub Domitiano exercitui praepositus in Dacia periit. notat autem eum, quia cum luxuria diffueret, inter delicias bellorum actus exercebat. praemia villa. in sua villa. qualis ille bellator, qui in hac luxuria bellorum fortia meditabatur. 113 utrum ad nocendum an ab sapientia rigidiore an adulandi peritus et temporum? 114 caecus nam amator fuit Catullus. 117 qui ad portam Aricinam sive ad clivum mendicaret inter Iudaeos qui ad Ariciam transierant ex urbe missi.

98 gigantum ς *Priscianus p. 101* 99 miseros *Ppr.*
112 praelia *ex* praemia *P* 113 uellento *id est* Veiiento *P* ueiento *p*: *item* 123 uellento *P* uelento *p erasa* l *priore*, *posteriore non mutata* 116 dignus qui a ponte *Hauptius*

blandaque devexae iactaret basia raedae.
nemo magis rhombum stupuit; nam plurima dixit
in laevum conversus, at illi dextra iacebat
belua. sic pugnas Cilicis laudabat et ictus
et pegma et pueros inde ad velaria raptos.
non cedit Veiento, sed ut fanaticus oestro
percussus, Bellona, tuo divinat et 'ingens
omen habes' inquit 'magni clarique triumphi.
regem aliquem capies, aut de temone Britanno
excidet Arviragus. peregrina est belua, cernis
erectas in terga sudes?' hoc defuit unum
Fabricio, patriam ut rhombi memoraret et annos.
'quidnam igitur censes? conciditur?' 'absit ab illo
dedecus hoc' Montanus ait 'testa alta paretur,
quae tenui muro spatiosum colligat orbem.
debetur magnus patinae subitusque Prometheus.
argillam atque rotam citius properate, sed ex hoc
tempore iam, Caesar, figuli tua castra sequantur'.
vicit digna viro sententia. noverat ille
luxuriam inperii veterem noctesque Neronis
iam medias aliamque famem, cum pulmo Falerno
arderet. nulli maior fuit usus edendi
tempestate mea; Circeis nata forent an
Lucrinum ad saxum Rutupinove edita fundo
ostrea callebat primo deprendere morsu,

118 qui raedae ferenti mulieres oscula iaceret ut caecus. devexae. inclinatae, per clivum descendenti. 119 nemo magis rhombum. quam Catullus caecus adulator. nam in sequentibus dixit 'non cedit Veiento', utique Catullo. 121 sic omnia quae non videbat, referebat. 122 per catastropham aut de pegmate excussos. 126 de isto vehiculo ad pedes supplex. falcatis nam curribus. Britannorum rex Arbiragus. 129 Veiento nam ipse est Fabricius. 131 patella in qua possit integer coqui. 133 Prometheus saturice figulus. 136 vincit digna viro. Neronem Montanus. 138 libidines oris. per verum hoc ideo quia aviditas cibi sequitur nimiam perpotationem. 141 Rutupinove. locus in Britannia sive civitas.

120 laeuo *id est* laeuom *P* laeuum *p* 121 sic *in litura P* pugnos *OHirschfeld* 124 percussu *Ppr.* 133 pa•tinae *P* 135 figuli *P*: tegulę *p* 136 Vincit *S* *post* 141 *uersus plane erasus in P*

et semel aspecti litus dicebat echini.
surgitur et misso proceres exire iubentur
consilio, quos Albanam dux magnus in arcem
traxerat attonitos et festinare coactos
tamquam de Chattis aliquid torvisque Sycambris
dicturus, tamquam ex diversis partibus orbis
anxia praecipiti venisset epistula pinna.
atque utinam his potius nugis tota illa dedisset
tempora saevitiae, claras quibus abstulit urbi
inlustresque animas impune et vindice nullo.
sed periit postquam cerdonibus esse timendus
coeperat. hoc nocuit Lamiarum caede madenti.

SATVRA V

Si te propositi nondum pudet atque eadem est mens,
ut bona summa putes aliena vivere quadra,
si potes illa pati quae nec Sarmentus iniquas
Caesaris ad mensas nec vilis Gabba tulisset,

147 tamquam de Catthis. gentes Germanorum sive Francorum. 149 antea si quid nuntiabant consules in urbem per epistulas, si victoriae nuntiabantur, laurus in epistula figebatur, si autem aliquid adversi, pinna. 153 ignobilibus. cerdo est proprie turpis lucri cupidus. 154 in Lamiis indignatur satiricus. tunc periit, cum eum populus timere coepisset extincto iam senatu.

V 1 de iuvene contumelioso in parasitos dicit. 3 Sarmentus natione Tuscus e domo Marci Favoni, incertum libertus an servus, plurimis forma et urbanitate promeritis eo fiduciae venit, ut equitem Romanum ageret, decuriam quoque quaestoriam compararet. quare per ludos quibus primum in XIIII ordinibus sedit, haec a populo in eum dicta sunt: ʿaliud scriptum habet Sarmentus, aliud populus voluerat. digna dignis: sic Sarmentus habeat crassos compedes. rustici ne nihil agatis, aliquis Sarmentum alligetʾ. dum autem causam usurpatae dignitatis dicit, precibus et gratia summoto accusatore dimissus est, cum apud iudices nihil aliud docere temptaret quam concessam sibi libertatem a Maecenate, ad quem sectio bonorum Favoni pertinuerat. iam autem senex in maximis necessitatibus, ad quas libidine luxurieque deciderat, coactus auctionari, cum interrogaretur cur scriptum quoque censorium venderet, non infacete bonae se memoriae esse respondit. 4 Gabba tulisset.

144 properes exibere *P corr. p* 147 catthis *S* cattis ς: ****is *p* getis *p* ω 148 ec *Ribbeckius*: et *P quod expunxit p om.* ω
V in parasitos de cenis contumeliosis *inscriptum in P* 4 galba *p*

quamvis iurato metuam tibi credere testi.
ventre nihil novi frugalius. hoc tamen ipsum
defecisse puta, quod inani sufficit alvo:
nulla crepido vacat? nusquam pons et tegetis pars
dimidia brevior? tantine iniuria cenae,
tam ieiuna fames, cum possit honestius illic
et tremere et sordes farris mordere canini?
primo fige loco, quod tu discumbere iussus
mercedem solidam veterum capis officiorum.
fructus amicitiae magnae cibus, inputat hunc rex,
et quamvis rarum tamen inputat. ergo duos post
si libuit menses neglectum adhibere clientem,
tertia ne vacuo cessaret culcita lecto,
'una simus' ait. votorum summa. quid ultra
quaeris? habet Trebius propter quod rumpere somnum
debeat et ligulas dimittere, sollicitus ne
tota salutatrix iam turba peregerit orbem,
sideribus dubiis aut illo tempore quo se
frigida circumagunt pigri serraca bootae.
qualis cena tamen. vinum quod sucida nolit
lana pati: de conviva Corybanta videbis.
iurgia proludunt, sed mox et pocula torques
saucius et rubra deterges vulnera mappa,

parasiti Caesaris fuerunt. 7 puta et hoc quod tibi paupertas dabat deficere potuisse, non potius mendicare quam hoc pati? 8 mattae pars in tegumen corpori factae. 11 panis sordidus canum est. 12 in prima pone iniuria, quia si iusserit ut recumbas, putat se in hoc totum solvisse, quicquid umquam obsequiis meruisti. 17 tertia nec vacuo. apud veteres accubitorum usus non erat, sed in lectulis discumbentes manducabant. tres autem lectuli erant in quibus discumbebant, unde hodieque triclinia appellantur. 19 nomen parasiti. 20 calciari, cum festinatione et ansas caligarum praetereant nonnullas. dictae autem ligulae a ligando. 23 ursae duae quae vocantur Helice et Cynosura. Bootes autem qui et Arcturus. quorum siderum Lucanus quoque sic meminit [2, 236] 'sub nocte sopora Parrhasis obliquos Helice cum verteret axes'. 24 hoc est gustum vini mali. sic nam vinum malum mentem turbat, quomodo lana tincta mutatur. 27 id est cruentata mappa detergis.

9 Demedia *Ppr.* 10 possis *p* 13 solitam *p* 17 ne *P* nec *p* 21 perregerit *Ppr.* 24 quod *p*: quo *P* 27 mampa *Ppr.*

inter vos quotiens libertorumque cohortem
pugna Saguntina fervet commissa lagona.
ipse capillato diffusum consule potat
calcatamque tenet bellis socialibus uvam
cardiaco numquam cyathum missurus amico;
cras bibet Albanis aliquid de montibus aut de
Setinis, cuius patriam titulumque senectus
delevit multa veteris fuligine testae,
quale coronati Thrasea Helvidiusque bibebant
Brutorum et Cassi natalibus. ipse capaces
Heliadum crustas et inaequales berullo
Virro tenet phialas: tibi non committitur aurum,
vel si quando datur, custos adfixus ibidem,
qui numeret gemmas, ungues observet acutos.
da veniam, praeclara illi laudatur iaspis;
nam Virro, ut multi, gemmas ad pocula transfert
a digitis, quas in vaginae fronte solebat
ponere zelotypo iuvenis praelatus Iarbae.

29 civitas Hispaniae, in cuius territorio malum vinum nascitur. 32 unde numquam amico vel cordolenti modicum dabit. 34 ita vetus, ut non possit nec ex superscriptione cognosci, quanti sit temporis. 36 'Helvidius post damnationem, ut inquit Probus, soceri Paeti Thraseae interdicta sibi Italia Apolloniam concessit, sed post interfectum Neronem restitutus a Galba non aliter quam libero civitatis statu egit. hic tam industrius fuit, ut cum sub Nerone Achaiam quaestor administraret, civitates quaedam quas non adierat inclamarent *ναὶ ἡμεῖν πρέπον*. hic postea Vespasianum ita studio libertatis offendit, ut putaret id optante avunculo Claudio [*an* a vulgo Elvidio?] pristinum libertatis statum posse revocari. quo nomine reus ac praeter spem absolutus est' *Valla*. 38 'in quibusdam est Beliadum, et ita legit Probus, ut ad illud alludat Virgilianum [*Aen.* 1, 729] 'implevitque mero pateram qua Belus et omnes a Belo soliti' *Valla*. 38 inaequales berullo. fiolas ex gemmis factas. 41 qui numerat gemmas. si tibi data fuerit fiola, ponitur qui te et custodiat, ne ex ipsa aut gemmam rapias aut de unguibus aurum radas. 43 calices gemmatos facit. 45 figura diasyrtica. ut Virgil. [*Aen.* 4, 261]. id est tales gemmas mittit in calicibus, quales solebat Aeneas in va-

38 Aeliadum *P* berullo *P*: berillos *p* 39 phialas *P* s *super adiecta, ut opinor, manu eadem* 41 acutos] mic *superscriptum in P i.* amicos 42 illic laudatur *p* 43 et *corr. in* vt *P*

tu Beneventani sutoris nomen habentem
siccabis calicem nasorum quattuor ac iam
quassatum et rupto poscentem sulpura vitro.
si stomachus domini fervet vinoque ciboque,
frigidior Geticis petitur decocta pruinis:
non eadem vobis poni modo vina querebar?
vos aliam potatis aquam. tibi pocula cursor
Gaetulus dabit aut nigri manus ossea Mauri
et cui per mediam nolis occurrere noctem,
clivosae veheris dum per monumenta Latinae:
flos Asiae ante ipsum, pretio maiore paratus
quam fuit et Tulli census pugnacis et Anci
et, ne te teneam, Romanorum omnia regum
frivola. quod cum ita sit, tu Gaetulum Ganymedem
respice, cum sities. nescit tot milibus emptus
pauperibus miscere puer, sed forma, sed aetas
digna supercilio. quando ad te pervenit ille?
quando rogatus adest calidae gelidaeque minister?
quippe indignatur veteri parere clienti
quodque aliquid poscas et quod se stante recumbas.
maxima quaeque domus servis est plena superbis.
ecce alius quanto porrexit murmure panem
vix fractum, solidae iam mucida frusta farinae,
quae genuinum agitent, non admittentia morsum.
sed tener et niveus mollique siligine fictus
servatur domino. dextram cohibere memento,
salva sit artoptae reverentia. finge tamen te
inprobulum, superest illic qui ponere cogat
'vis tu consuetis, audax conviva, canistris
impleri panisque tui novisse colorem?'

ginis gladii habere, qui antepositus est Iarbae a Didone. 46 Votoris nomen habentem. quidam sutor fuit Benevento, qui grandem nasum habuit. 48 ut solent sulpure calices fractos sive calvariolas conponere. 51 id est, non solum quod aliud vinum bibitis, sed et aquam diversam. 56 pulcher puer Asianus caro pretio comparatus. 59 Maurum pincernam. 62 quia et pulcher et iuvenis est, ideo superbit. 65 aegre hoc semper servi habent, quod illis stantibus amici sui domini discumbunt.
75 qualem mereris manducare.

46 beneuentanis uotoris *Ppr.* 54 nollis *Ppr.* 61 forma set *ex* formas et *P* 65 recubas *Ppr.* 66 *delebat Heinrichius*
70 fictus *P*: factus *mutauit P aut p*

‘scilicet hoc fuerat, propter quod saepe relicta
coniuge per montem adversum gelidasque cucurri
Esquilias, fremeret saeva cum grandine vernus
Iuppiter et multo stillaret paenula nimbo’.
  aspice quam longo distinguat pectore lancem
quae fertur domino squilla, et quibus undique saepta
asparagis qua despiciat convivia cauda,
dum venit excelsi manibus sublata ministri.
sed tibi dimidio constrictus cammarus ovo
ponitur exigua feralis cena patella.
ipse Venafrano piscem perfundit: at hic qui
pallidus adfertur misero tibi, caulis olebit
lanternam; illud enim vestris datur alveolis quod
canna Micipsarum prora subvexit acuta,
propter quod Romae cum Boccare nemo lavatur,
quod tutos etiam facit a serpentibus atris.
mullus erit domini, quem misit Corsica vel quem
Tauromenitanae rupes, quando omne peractum est
et iam defecit nostrum mare, dum gula saevit,
retibus adsiduis penitus scrutante macello
proxima, nec patimur Tyrrhenum crescere piscem.
instruit ergo focum provincia, sumitur illinc
quod captator emat Laenas, Aurelia vendat.
Virroni muraena datur, quae maxima venit
gurgite de Siculo; nam dum se continet auster,
dum sedet et siccat madidas in carcere pinnas,
contemnunt mediam temeraria lina Charybdim:
vos anguilla manet longae cognata colubrae,
aut glacie aspersus maculis Tiberinus, et ipse

76 propterea semper manicasti per pluviam. 81 squilla. genus piscis aut cammari. 83 infertoris. 86 oleo bono. 88 vasis in quibus vos manducatis. 89 ‘Probus exponit cannam navem esse, quae gandeia dicatur, ut sit gandeia Micipsarum id est Afrorum. gandeiam enim soli Afri id est Zamaei, vel ut alii, Byzaceni, ut alii, Barcaei invenerunt’ *Valla.* 90 quidam illo tempore qui putenti oleo se unguebat in balneis. 94 in suburbicario mari. 100 iocatur. id est non flante austro. 104 proprium nomen piscis.

80 uel distendat *in margine p* 82 despictat *Ppr.* 88 dabitur *P* bi *expunctum* 89 Micipsarum] mic *in litura P* (Cannam *fuerat*), uel canna micepsar. *in margine* 91 *in textu omissum in margine add. manus antiqua P aut p. damnarat Iahnius* Afros ς
96 patitur *p*

vernula riparum, pinguis torrente cloaca
et solitus mediae cryptam penetrare Suburae.
  ipsi pauca velim, facilem si praebeat aurem.
'nemo petit, modicis quae mittebantur amicis
a Seneca, quae Piso bonus, quae Cotta solebat
largiri; namque et titulis et fascibus olim
maior habebatur donandi gloria. solum
poscimus ut cenes civiliter. hoc face et esto,
esto, ut nunc multi, dives tibi, pauper amicis.'
  anseris ante ipsum magni iecur, anseribus par
altilis, et flavi dignus ferro Meleagri
spumat aper. post hunc tradentur tubera, si ver
tunc erit et facient optata tonitrua cenas
maiores. 'tibi habe frumentum' Alledius inquit
'o Libye, disiunge boves, dum tubera mittas.'
structorem interea, nequa indignatio desit,
saltantem spectes et chironomunta volanti

105 de sordibus pinguis. qui in cloacis nutritus est. 109 'Seneca. hic, ut inquit Probus, sub Claudio quasi conscius adulteriorum Iuliae Germanici filiae in Corsicam relegatus post triennium revocatus est. qui etsi magno desiderio Athenas contenderet, ab Agrippina tamen erudiendo Neroni in Palatium adductus saevum immanemque natum et sensit cito et mitigavit, inter familiares solitus dicere non fore saevo illi leoni quin gustato semel hominis cruore ingenita redeat saevitia. Piso Calpurnius, ut Probus inquit, antiqua familia, scaenico habitu tragoedias actitavit, in latrunculorum lusu tam perfectus et callidus ut ad eum ludentem concurreretur. ob haec insinuatus C. Caesari repente etiam relegatus est, quia consuetudinem pristinae uxoris abductae sibi ab ipso, deinde remissae repetiisse existimabatur. mox sub Claudio restitutus et post consulatum materna hereditate ditatus magnificentissime vixit meritos sublevare inopes ex utroque ordine solitus, de plebe vero certos quotquot annis ad equestrem censum dignitatemque provehere' *Valla.* 115 Meleagri propter Calydonium aprum, quem irata Diana propterea quia contempta esset ab Oeneo in sacrificiis, agris suis inmiserat, quem Meleagrus filius suus occidit. 117 quia tubera tonitruis dicuntur nasci, ut cocleae. 121 id est artificio incidentem omnia.

105 torpente *Rutgersius*: excrescente inundante *adscriptum in P* 107 si *ex* se *P*, set *scribere coeperat* 110 et *ante* fascibus *omissum in margine add. P aut p* 112 faceet *ex* faciet *P*, *adscriptum* pro fac 116 Fumat *p* raduntur *p* 117 faciunt *p* 121 spectis *P* spectas *p*

cultello, donec peragat dictata magistri
omnia; nec minimo sane discrimine refert,
quo gestu lepores et quo gallina secetur.
duceris planta velut ictus ab Hercule Cacus
et ponere foris, si quid temptaveris umquam
hiscere, tamquam habeas tria nomina. quando propinat
Virro tibi sumitve tuis contacta labellis
pocula? quis vestrum temerarius, usque adeo quis
perditus, ut dicat regi 'bibe'? plurima sunt quae
non audent homines pertusa dicere laena.
quadringenta tibi si quis deus aut similis dis
et melior fatis donaret homuncio, quantus,
ex nihilo quantus fieres Virronis amicus.
'da Trebio, pone ad Trebium. vis, frater, ab ipsis
ilibus?' o nummi, vobis hunc praestat honorem,
vos estis fratres. dominus tamen et domini rex
si vis tu fieri, nullus tibi parvolus aula
luserit Aeneas nec filia dulcior illo;
iucundum et carum sterilis facit uxor amicum.
sed tua nunc Mycale pariat licet et pueros tres
in gremium patris fundat semel, ipse loquaci
gaudebit nido, viridem thoraca iubebit
adferri minimasque nuces assemque rogatum,
ad mensam quotiens parasitus venerit infans.
vilibus ancipites fungi ponentur amicis,
boletus domino, sed quales Claudius edit

127 tamquam habeas tria nomina. quamquam habeas tria nomina. alii sic intellegunt dicentes tamquam fur sis. id est pro tribus litteris tria nomina posuit. sed melius sic accipitur. hisces tamquam nobilis sis, ut habeas tria nomina, ut Gaius Cornelius Scipio et si quid simile. quando propinat. dat calicem in quo ipse bibit. 134 id est si pecuniam haberes, statim amicus unanimis fieres. 135 cuiuslibet nomen. 138 Virgilium ridet. 141 Mygale. nomen mulieris ex ipsa coitione. etymologia.
143 armilausiam prasinam, ut simiae. 146 potentur amicis. mortiferi, venenosi. 147 de Claudio Nerone dicit, quia fungo uxore sua faciente mortuus est.

138 tunc *P sed* nc *expunctae, praeterea totum* tunc *deletum*
139 Luserat *Ppr.* 140 *delebat Iahnius* 141 mycale *p*: mygale *P* Migale (*putes* Megale) *S. concubina tua* 142 simul *p*
145 At *P* Ad *p ut persaepe* 146 ponentur *ex* potentur *P* (t *prior erasa, superposita* r *erat, hinc facta* n)

ante illum uxoris, post quem nihil amplius edit.
Virro sibi et reliquis Virronibus illa iubebit
poma dari, quorum solo pascaris odore,
qualia perpetuus Phaeacum autumnus habebat,
credere quae possis subrepta sororibus Afris:
tu scabie frueris mali, quod in aggere rodit
qui tegitur parma et galea metuensque flagelli
discit ab hirsuta 'iaculum torquere capella.
forsitan inpensae Virronem parcere credas.
hoc agit ut doleas; nam quae comoedia, mimus
quis melior plorante gula? ergo omnia fiunt,
si nescis, ut per lacrimas effundere bilem
cogaris pressoque diu stridere molari.
tu tibi liber homo et regis conviva videris:
captum te nidore suae putat ille culinae,
nec male coniectat; quis enim tam nudus, ut illum
bis ferat, Etruscum puero si contigit aurum
vel nodus tantum et signum de paupere loro?
spes bene cenandi vos decipit. 'ecce dabit iam
semesum leporem atque aliquid de clunibus apri,
ad nos iam veniet minor altilis.' inde parato
intactoque omnes et stricto pane tacetis.
ille sapit qui te sic utitur. omnia ferre
si potes, et debes. pulsandum vertice raso
praebebis quandoque caput nec dura timebis
flagra pati, his epulis et tali dignus amico.

151 ridet de Homero. 152 de Hesperidis dicit. 154 quale simia manducat. 160 dentibus pressis. 161 regis videris conviva. tamquam amicus. 164 quoniam antiquitus nobilium pueri bullas aureas habebant, pauperum de loris. signum libertatis. 171 etiam capite raso alapas accipies.

148 postquam *Ppr.* nihil *Pω* (*non* nil) 154 tegi *Ppr.* 158 gyla *P* 161 uideris conuiua *P sed addita recti ordinis signa* 166 caenendi *Ppr.* 169 iacetis *P* uel tacetis *margo* 173 *subscriptum in P* iuni iuuenalis saturarum liber I explicit | incipit liber II feliciter

LIBER SECVNDVS

SATVRA VI

Credo Pudicitiam Saturno rege moratam
in terris visamque diu, cum frigida parvas
praeberet spelunca domos ignemque Laremque
et pecus et dominos communi clauderet umbra,
silvestrem montana torum cum sterneret uxor
frondibus et culmo vicinarumque ferarum
pellibus, haut similis tibi, Cynthia, nec tibi, cuius
turbavit nitidos extinctus passer ocellos,
sed potanda ferens infantibus ubera magnis
et saepe horridior glandem ructante marito.
quippe aliter tunc orbe novo caeloque recenti
vivebant homines, qui rupto robore nati
compositive luto nullos habuere parentes.
multa Pudicitiae veteris vestigia forsan
aut aliqua exstiterint et sub Iove, sed Iove nondum
barbato, nondum Graecis iurare paratis
per caput alterius, cum furem nemo timeret
caulibus et pomis, et aperto viveret horto.
paulatim deinde ad superos Astraea recessit
hac comite, atque duae pariter fugere sorores.
anticum et vetus est alienum, Postume, lectum
concutere atque sacri genium contemnere fulcri.
omne aliud crimen mox ferrea protulit aetas:
viderunt primos argentea saecula moechos.
conventum tamen et pactum et sponsalia nostra
tempestate paras, iamque a tonsore magistro
pecteris, et digito pignus fortasse dedisti.

VI 8 matrona quaedam passerem plangens caeca facta est. 'amicam Catulli hic notat et carpit quod propter mortuum passerem edomitum flebat, quam ille nitebatur consolari. unde et libellum ei de consolatione misit Catullus. hinc Martialis [1, 7] 'passer deliciae mei Catulli' *schol. Parisinum.* 16 'ostendit hic Latinos a Graecis sicut omnia mala etiam periurium accepisse. iurant enim illi assidue per caput alterius ita: νὴ τὴν κεφαλήν σου' *schol. Paris.* 26 tempore nostro uxorem disponis ducere.

VI 7 aut *Ppr.* (non *Priscianus*) 8 Turbabit *Ppr.* 9 ubera *nihil amplius P* manus uel magnis *addidit p* 12 rupe et *Scholtius et Maehlius* 13 Compositiue *Pithoeus*: Compositi** *P* Compositique *p ω* 15 et *ex* sed *P* (*idem deinde* set ioue) 18 sed *CBarthius* 22 pulchri *P* fulchri *p* 25 et *ante* sponsalia *om. Ppr.*

certe sanus eras. uxorem, Postume, ducis?
dic, qua Tisiphone, quibus exagitare colubris?
ferre potes dominam salvis tot restibus ullam,
cum pateant altae caligantesque fenestrae,
cum tibi vicinum se praebeat Aemilius pons?
aut si de multis nullus placet exitus, illud
nonne putas melius, quod tecum pusio dormit?
pusio qui noctu non litigat, exigit a te
nulla iacens illic munuscula, nec queritur quod
et lateri parcas nec quantum iussit anheles.
  sed placet Vrsidio lex Iulia, tollere dulcem
cogitat heredem, cariturus turture magno
mullorumque iubis et captatore macello.
quid fieri non posse putes, si iungitur ulla
Vrsidio? si moechorum notissimus olim
stulta maritali iam porrigit ora capistro,
quem totiens texit perituri cista Latini?
quid quod et antiquis uxor de moribus illi
quaeritur? o medici, nimiam pertundite venam.
delicias hominis. Tarpeium limen adora
pronus et auratam Iunoni caede iuvencam,
si tibi contigerit capitis matrona pudici.
paucae adeo Cereris vittas contingere dignae,
quarum non timeat pater oscula. necte coronam
postibus et densos per limina tende corymbos:
unus Hiberinae vir sufficit? ocius illud
extorquebis, ut haec oculo contenta sit uno.
magna tamen fama est cuiusdam rure paterno

28 furis, insanis. 30 id est, non te magis praecipitas aut laqueo suspendis? 32 ‘Aemilius pons. Probus autem ibi quod lupanaria essent inquit’ *Valla.* 34 pungio dormit. a facto nomen. ‘pusio Probus legit, interpretatur pueri nomen esse’ *Valla,* ‘catamitus puer’ *schol. interlineare P.* 38 quae iubet eos hereditatem capere, qui filios habent. 44 qui totiens superveniente marito sub cista celatus est, ut in mimo. 50 quae possunt sacerdotes Cereris esse. 51 quia et irrumantur mulieres, dicit.

28 duces *p* 29 quibus *om. P qui post* exagitare *spatium quinque litterarum capax reliquit, superscripsit p* 31 caliginantesque *P sed* in *expunctae* 34 *et* 35 pusio *p*ω: pungio *P dederat* pugio ς 35 exagitatue *sic fere P*: exigit a te *p*ω 36 ne *Ppr.* 40 Mull- *ex* Mult- *P* 43 porri** *P*: porrigit *p* 46 nimiam *P sed superscr. m. aeque antiqua* uel mediam 52 tende ω: *plane erasum in P* necte *p*

viventis. vivat Gabiis, ut vixit in agro,
vivat Fidenis, et agello cedo paterno.
quis tamen adfirmat nil actum in montibus aut in
speluncis? adeo senuerunt Iuppiter et Mars?
porticibusne tibi monstratur femina voto
digna tuo? cuneis an habent spectacula totis
quod securus ames quodque inde excerpere possis?
chironomon Ledam molli saltante Bathyllo
Tuccia vesicae non imperat, Apula gannit
sicut in amplexu subito et miserabile longum,
attendit Thymele; Thymele tunc rustica discit.
ast aliae, quotiens aulaea recondita cessant
et vacuo clusoque sonant fora sola theatro —
atque a plebeis longe Megalesia — tristes
personam thyrsumque tenent et subligar Acci.
Vrbicus exodio risum movet Atellanae
gestibus Autonoes, hunc diligit Aelia pauper.
solvitur his magno comoedi fibula, sunt quae
Chrysogonum cantare vetent, Hispulla tragoedo
gaudet: an expectas ut Quintilianus ametur?
accipis uxorem de qua citharoedus Echion
aut Glaphyrus fiat pater Ambrosiusque choraules.
longa per angustos figamus pulpita vicos,
ornentur postes et grandi ianua lauro,
ut testudineo tibi, Lentule, conopeo
nobilis Euryalum aut murmillonem exprimat infans.

57 concedo et in agro castam fuisse. alii dicunt, perdo agrum ego paternum, si vivat illa recte. 66 penem, ut habent in mimo.
70 subligar acne. vestem tragoedi. 72 quando Autonoen saltat. 73 ut cum comoedis concumbant. nam omnes pueri vocales fibulas in naturis habent ne coeant. 78 ad honorem nuptiarum. sic enim solent in nuptiis praeparare. 80 hoc est linum tenuissimis maculis netum, quod latine culicare dicunt. sic Horatius [*epod.* 9, 15] 'signa militaria sol aspicit conopeum'. 81 ut nascatur tibi filius similis gladiatori. nomina lanistae et gladiatorum.

57 fidens *Ppr.* 58 aut in *praeter* a *omnes in litura P* (*potest fuisse* atque) 60 uoto *totum in litura P* 63 laeda *p* molli** *P*
65 subitum *pω. distinguebant ante* longum 69 *delebat Guietus* 70 acci *ω grammatici GLK. V p. 321 et VI p. 232*: acne *tum* actii *tum* acti *tam scripsit quam mutauit omnia p* (*etiam in S huius codicis* acne *factum ex rasura*). Hagni *Ribbeckius* 71 urbicus *edebat Iahnius* atellanae *p*: atellana *P* 77 ambrosiusue *ς* 81 aut *superscriptum habet P om. ς*

nupta senatori comitata est Eppia ludum
ad Pharon et Nilum famosaque moenia Lagi
prodigia et mores urbis damnante Canopo.
inmemor illa domus et coniugis atque sororis
nil patriae indulsit, plorantesque improba natos,
utque magis stupeas, ludos Paridemque reliquit.
sed quamquam in magnis opibus plumaque paterna
et segmentatis dormisset parvula cunis,
contempsit pelagus; famam contempserat olim,
cuius apud molles minima est iactura cathedras.
Tyrrhenos igitur fluctus lateque sonantem
pertulit Ionium constanti pectore, quamvis
mutandum totiens esset mare. iusta pericli
si ratio est et honesta, timent pavidoque gelantur
pectore nec tremulis possunt insistere plantis:
fortem animum praestant rebus quas turpiter audent.
si iubeat coniunx, durum est conscendere navem,
tunc sentina gravis, tunc summus vertitur aer:
quae moechum sequitur, stomacho valet. illa maritum
convomit, haec inter nautas et prandet et errat
per puppem et duros gaudet tractare rudentis.
qua tamen exarsit forma, qua capta iuventa
Eppia? quid vidit propter quod ludia dici
sustinuit? nam Sergiolus iam radere guttur

83 ad Alexandriam dicit. quia ea Lagus tenuit pater Cleopatrae et Ptolomaei post magni Alexandri obitum occupata. Ptolomaeus cognominatus Lagus atque deinceps ceteri reges Lagi sunt appellati.

87 Paridem dicit illius temporis pantomimum, quem postea ob adulteratam uxorem ab eo suam Domitianus occidit. 89 segmenta dicit vittam pendentem de vestibus. intexta auro. 91 matronas.

94 id est de Tyrrheno mari ad Adriacum et de Adriaco ad Aegaeum transitura erat. 95 id est si causa sit navigationis digna, propter quam se periculis etiam committere debeant, trepidantes recusant nec se continere possunt. in rebus turpissimis sexum muliebrem abiciunt et animos viriles sumunt. 101 non solum quod non moleste feret navigationem, sed etiam in quo usus exegerit nautas in tempestate iuvat. 104 ludis serviens, gladiatoris uxor. 105 Sergiolum nomine ex gladiatore amavit. qui et ludor dictus est, qui sit diu

85 sororis] ris *in litura P*, *fuitne* sororum? 87 stupeat *Ppr.* 92 sonorum *Bentleius* 93 ionium *ex* ign- *P* 102 puppim *p* rudentes *p* 104 Enpia *P* Inpia *tum* Ippia *p*

coeperat et secto requiem sperare lacerto;
praeterea multa in facie deformia, sicut
attritus galea mediisque in naribus ingens
gibbus et acre malum semper stillantis ocelli.
sed gladiator erat. facit hoc illos Hyacinthos,
hoc pueris patriaeque, hoc praetulit illa sorori
atque viro. ferrum est quod amant. hic Sergius idem
accepta rude coepisset Veiento videri.
quid privata domus, quid fecerit Eppia, curas?
respice rivales divorum, Claudius audi
quae tulerit. dormire virum cum senserat uxor,
ausa Palatino tegetem praeferre cubili,
sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos,
linquebat comite ancilla non amplius una
et nigrum flavo crinem abscondente galero.
intravit calidum veteri centone lupanar
et cellam vacuam atque suam, tunc nuda papillis
prostitit auratis titulum mentita Lyciscae
ostenditque tuum, generose Britannice, ventrem;

demoratus in ludo. qui ut requiem gladiaturae haberet, Bellonarium se fecerat, quoniam mos est in talibus sacris lacertos suos secare. 108 galea. apparet eum secutorem fuisse. 113 rudem, ut solent in amphitheatro accipere gladiatores. 115 ridens, quia imperatores inter deos referuntur. 116 Messalina tantae libidinis fuit, ut se immutaret habitu et cum una ancilla descenderet de Palatio atque publice in circo prostaret per noctem. quoniam antea meretrices propter sacrorum celebrationem ab hora nona totam noctem prostabant, inde etiam nonariae dictae sunt. haec vero Messalina ex Claudio Britannicum sustulit, qui postea a Nerone, ut superius dixi [1, 71], veneno interfectus est. haec est de qua dicit [2, 33] 'et patruo similes effunderet offas'. 117 tegeste vel matta supellex cubilis obscaeni. aut forte hoc tegeste quo tegitur domus mendicorum. 118 capitis indumenta quibus se cooperiebat. 120 crine supposito rotundo muliebris capitis tegumento in modum galeae facto, quo utebantur meretrices. ideo flavo, nigro nam crine matronae utebantur. 123 quoniam in cellis nomina meretricum fuerant superscripta. hoc est, pro quadam Lycisca meretrice ipsa cellam ingressa est. 124 ipse Britannicus,

114 ippia *p* 117 *post* 118 *posuit Hermannus scribens* et tegetem 120 Sed *mutatum in* et *P* Et *Seruius Aen. IV 698* galero *ex* galeno *P*, *adscriptum* uel priapo 122 suam t *in litura P* 123 Prostitit *P*: uel constituit *margo* lycissae *p* 124 *post* 125 *posuit Achaintrius*

excepit blanda intrantis atque aera poposcit.
[ac resupina iacens multorum absorbuit ictus]
mox lenone suas iam dimittente puellas
tristis abit, et quod potuit tamen ultima cellam
clausit, adhuc ardens rigidae tentigine volvae,
et lassata viris necdum satiata recessit,
obscurisque genis turpis fumoque lucernae
foeda lupanaris tulit ad pulvinar odorem.
hippomanes carmenque loquar coctumque venenum
privignoque datum? faciunt graviora coactae
imperio sexus minimumque libidine peccant.
'optima sed quare Censennia teste marito?'
bis quingena dedit. tanti vocat ille pudicam,
nec pharetris Veneris macer est aut lampade fervet.
inde faces ardent, veniunt a dote sagittae.
libertas emitur. coram licet innuat atque
rescribat; vidua est, locuples quae nupsit avaro.
'cur desiderio Bibulae Sertorius ardet?'
si verum excutias, facies, non uxor amatur.
tres rugae subeant et se cutis arida laxet,
fiant obscuri dentes oculique minores:
'collige sarcinulas' dicet libertus 'et exi.

quem pro Messalinae matris necessitudine conscia matre Agrippina Nero in convivio suo necavit. 127 id est de meritoriis recedentibus puellis ipsa tristis efficiebatur, quod per totam noctem adhuc non satiata, et ultima recedebat. 133 hippomanes quod de partu equarum rapitur a fronte pulli statim ut nascitur, quod mater ab eo delambit. quod datum in poculum ad amatorias res facit.

134 graviora faciunt in aliis rebus, quam quod libido persuasit. 136 id est ἀνθυποφορά. tamquam ab alio sit interrogatus 'quare ergo Censennia testimonium perhibente marito bona est?' respondet 'magnam dotem secum attulit, inde pudica audit'. avaritia enim mariti vitia uxoris extinguit. 140 ut peccante uxore contentus sit tacere propter avaritiam. ut Horatius [*od.* 3, 6, 29] 'et non sine conscio surgat marito'. 142 ἀνθυποφορά. ob quam rem Sertorius uxorem indotatam amat? respondet 'non pro moribus amatur, sed pro pulchritudine'. 146 statim mittitur foris.

126 *om. Pω 'hunc uersum antea numquam impressum ex antiquo libro hic primum reposui' Pulmannus. qui tradiderunt, uarie collocant et scribunt* (Continueque iacens cunctorum *alii*). *damnauit Iahnius* 136 censennia *P, superscriptum* uel censonia, caesennia ς

137 quingenta *p* 138 feruet *totum in litura P* 142 uibulae *Ppr.*

iam gravis es nobis et saepe emungeris. exi
ocius et propera'. sicco venit altera naso.
interea calet et regnat poscitque maritum
pastores et ovem Canusinam ulmosque Falernas —
quantulum in hoc? — pueros omnes, ergastula tota,
quodque domi non est, sed habet vicinus, ematur.
mense quidem brumae, quo iam mercator Iaso
clausus, et armatis opstat casa candida nautis,
grandia tolluntur crystallina, maxima rursus
myrrhina, deinde adamans notissimus et Berenices
in digito factus pretiosior. hunc dedit olim
barbarus incestae, dedit hunc Agrippa sorori,
observant ubi festa mero pede sabbata reges
et vetus indulget senibus clementia porcis.
'nullane de tantis gregibus tibi digna videtur?'
sit formosa decens dives fecunda, vetustos
porticibus disponat avos, intactior omni

150 id est greges in Calabria aut vineas in Falerno.

151 ergastula proprie dicuntur loca, in quibus ad poenam vincti homines opus faciunt. hic ergo ergastula dixit rusticorum servientium multitudinem. 153 Iasum. negotiatorem graecum qui iam navigare non posset. 154 casa candida. illud significat quod Romae in porticu Traianarum thermarum tempore Saturnaliorum sigillaria sunt; tunc mercatores casas de linteis faciunt, quibus picturam obstruunt. ideo autem dicit 'mercator Iason', quoniam antea in porticu Agrippiana Romae sigillaria proponebantur, in qua porticu historia Argonautarum depicta est. et casae cum fierent, picturae obstabant. 155 sic et Cinna dicit 'atque imitata nives ludens legitur crystallus'. 158 barbarum Ptolomaeum significat et Bernicem sororem eius. dedit hunc Agrippa sorori. Iuliam neptem Augusti significat, quae nupta Aemilio Paulo, cum is maiestatis crimine perisset, ab avo relegata est. post revocata cum semet vitiis addixisset, perpetuo exilio damnata est. Agrippa frater propter morum feritatem in Siciliam ab Augusto relegatus est, post cuius mortem iussu Tiberii interfectus est. Beronice soror Ptolomaei, verum neptis Augusti Iulia, cum qua commisit incestum et propterea ab Augusto relegatus est. 160 id est maioribus porcis parcunt, nam minores manducant. 161 hoc ex persona dicentis cuiuslibet. 163 cuius avi triumphantes in

147 emunceris *Ppr.* 148 en propera *EdMuellerus* 151 enim hoc *Hermannus* 153 cum *ω* iasum *P* iason *p* 156 bernices *P* beronicis *p* 158 hoc *Ppr.* 159 mero *pω*: nudo *P*

crinibus effusis bellum dirimente Sabina,
rara avis in terris nigroque simillima cycno:
quis feret uxorem cui constant omnia? malo,
malo Venustinam quam te, Cornelia, mater
Gracchorum, si cum magnis virtutibus adfers
grande supercilium et numeras in dote triumphos.
tolle tuum, precor, Hannibalem victumque Syphacem
in castris et cum tota Carthagine migra.
‘parce, precor, Paean, et tu, dea, pone sagittas;
nil pueri faciunt, ipsam configite matrem’
Amphion clamat. sed Paean contrahit arcum;
extulit ergo greges natorum ipsumque parentem,
dum sibi nobilior Latonae gente videtur
atque eadem scrofa Niobe fecundior alba.
quae tanti gravitas, quae forma, ut se tibi semper
imputet? huius enim rari summique voluptas
nulla boni, quotiens animo corrupta superbo
plus aloes quam mellis habet. quis deditus autem
usque adeo est, ut non illam quam laudibus effert,
horreat inque diem septenis oderit horis?
  quaedam parva quidem, sed non toleranda maritis.
nam quid rancidius, quam quod se non putat ulla

imaginibus picti sunt et positi in porticibus. 164 sit castior Sabinis, quae foedera inter Tatium et Romulum fecerunt, id est quae inter Romanos olim suosque parentes contractum bellum propter ipsarum raptum interventu suo diremerunt, ostendendo illis filios suos, his nepotes. 167 Venusinam. magis pauperem volo uxorem, quam nobilem et superbam quae pro dote facta parentum et triumphos imputet. ‘quondam turpiter vixit’ *schol. interlin. P.*

173 commeruerunt. Lucanus [2, 108] ‘crimine quo parvi caedem potuere mereri?’ 174 Anphion Niobes fuit maritus. horum filios Apollo et Diana, quia se his praeferrent, interemerunt sagittis. 175 bene dixit greges, quia plures fuerunt et diversi sexus, id est septem masculi et septem feminae. 181 plus amaritudinis ex superbia quam dulcedinis ex castitate. 184 aliquanta vitia mulierum minima sunt quidem, sed molesta maritis.

166 ferat ς *Seruius Aen. III 518* 167 uenusinam *P*, i *mutando facta*: *correxi* 172 dea pone *Graeuius*: depone *P in quo supra* tu *adscriptum* ad dianam referendum 176 gentem *Ppr.*

177 scrofanio be *P tum* bene *fecit P aut p* 179 rarisumique *Ppr.* 185 Numquid *Heinrichius*

formosam nisi quae de Tusca Graecula facta est,
de Sulmonensi mera Cecropis? omnia graece,
cum sit turpe magis nostris nescire latine;
hoc sermone pavent, hoc iram gaudia curas,
hoc cuncta effundunt animi secreta, quid ultra?
concumbunt graece. dones tamen ista puellis:
tune etiam, quam sextus et octogensimus annus
pulsat, adhuc graece? non est hic sermo pudicus
in vetula. quotiens lascivum intervenit illud
ζωὴ καὶ ψυχή, modo sub lodice relictis
uteris in turba. quod enim non excitet inguen
vox blanda et nequam? digitos habet. ut tamen omnes
subsidant pinnae, dicas haec mollius Haemo
quamquam et Carpophoro, facies tua conputat annos.
  si tibi legitimis pactam iunctamque tabellis
non es amaturus, ducendi nulla videtur
causa, nec est quare cenam et mustacea perdas
labente officio crudis donanda, nec illud
quod prima pro nocte datur, cum lance beata
Dacicus et scripto radiat Germanicus auro.
si tibi simplicitas uxoria, deditus uni
est animus, summitte caput cervice parata
ferre iugum. nullam invenies quae parcat amanti;
ardeat ipsa licet, tormentis gaudet amantis

190 quid amplius? etiam in lectulis graece loquuntur. 195 quibus sermonibus graecae mulieres in concubitu solent blandiri. 196 etiam in publico haec verba loqueris, quae intra domum tuam. ita potest excitari ad libidinem vir audiens talia verba, tamquam si manu palpetur. 198 metaphora, quia ilia cessant. 199 Carphoporo. nomen scaenici effeminati sive histrionis. 201 si non potest inter vos esse concordia, ex superfluo vis dulcia gratis perdere. 203 discedentibus pransoribus, qui officii causa conveniunt. solebant enim antea per nuptias recedentibus dulcia erogare pro apophoretis. 205 solidi ita signati, qui pro virginitate deposita novae nuptae donantur. 206 si enim paratus es ad uxorem ducendam, para te ut subeas servitium deposita libertate. 209 quantumvis amet mulier, tamen poenis eius delec-

187 mera ce *omnes in litura P* (*inter lineas* pura . . . uel atheniensis) 188 *delebat CBarthius* 196 quid *p* 207 summittite *Ppr.* 208 amantes *Ppr.*

et spoliis; igitur longe minus utilis illi
uxor, quisquis erit bonus optandusque maritus.
nil umquam invita donabis coniuge, vendes
hac opstante nihil, nihil haec si nolet emetur.
haec dabit affectus, ‘ille excludatur’ amicus
iam senior, cuius barbam tua ianua vidit.
testandi cum sit lenonibus atque lanistis
libertas et iuris idem contingat harenae,
non unus tibi rivalis dictabitur heres.
‘pone crucem servo.’ ‘meruit quo crimine servus
supplicium? quis testis adest? quis detulit? audi;
nulla umquam de morte hominis cunctatio longa est.’
‘o demens, ita servus homo est? nil fecerit, esto:
hoc volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.’
imperat ergo viro. sed mox haec regna relinquit
permutatque domos et flammea conterit, inde
avolat et spreti repetit vestigia lecti;
ornatas paulo ante fores, pendentia linquit
vela domus et adhuc virides in limine ramos.
sic crescit numerus, sic fiunt octo mariti
quinque per autumnos, titulo res digna sepulcri.
  desperanda tibi salva concordia socru.
illa docet spoliis nudi gaudere mariti,
illa docet missis a corruptore tabellis

tatur admodum, quem amat. 211 hic nam maxime ab uxore contemnitur. 215 ab ineunte aetate qui amicitiis tuis inhaeserat. 216 cum omnibus liceat testamentum facere, tibi non licebit. 218 illius adulteros facies heredes illa summittente quos voluerit. 219 cum voluerit servum occidere, causam non quaerit. 220 id est si interrogaveris eam ‘ob quam causam servum occidis aut quo deferente?’ hoc tibi respondet: ‘de nece ingenui nulla est dubitatio, an de servi morte causa quaerenda est?’
224 repudiat virum. 225 flammea genus amicti quo se cooperiunt mulieres die nuptiarum. est enim sanguineum propter ruborem custodiendum. 226 a secundo marito iterum priorem repetit. 228 quibus per nuptias domus ornantur. 230 ut hoc sepulchro eius inscribatur, quod in quinquennio octo maritos habuit et omnes reliquit. 231 vivente socru tua numquam cum uxore pacem es habiturus. 233 haec filiam suam lenat et docet

213 nollet *P* nollit *p* 219 seruus *ex* seruis *P* 222 fecerit *P*: *superscriptum* uel feceris 225 Permultatque *P sed erasa* l. *cf. Claudianus in Eutropium I 60* 229 fiunt *ex* fia** *P*

nil rude nec simplex rescribere, decipit illa
custodes aut aere domat. tunc corpore sano
advocat Archigenen onerosaque pallia iactat.
abditus interea latet et secretus adulter,
inpatiensque morae silet et praeputia ducit.
scilicet expectas ut tradat mater honestos
atque alios mores quam quos habet? utile porro
filiolam turpi vetulae producere turpem.
  nulla fere causa est in qua non femina litem
moverit. accusat Manilia, si rea non est.
conponunt ipsae per se formantque libellos,
principium atque locos Celso dictare paratae.
  endromidas Tyrias et femineum ceroma
quis nescit, vel quis non vidit vulnera pali?
quem cavat adsiduis sudibus scutoque lacessit
atque omnes implet numeros dignissima prorsus
Florali matrona tuba, nisi si quid in illo
pectore plus agitat veraeque paratur harenae.
quem praestare potest mulier galeata pudorem,
quae fugit a sexu, vires amat? haec tamen ipsa
vir nollet fieri, nam quantula nostra voluptas.
quale decus, rerum si coniugis auctio fiat,

eam moechis suis caute rescribere. 236 medicum magnum illius temporis. a calore se discooperit. 238 'hic versiculus in quibusdam codicibus non est, inquit Probus' *Valla.* mora. hoc est metuit et manu sua penem fricat sibi. 242 uxor cum marito litigat. 243 ipsa ultro accusat, si non accusatur, hoc scilicet domus a foro non discedit. 245 oratori illius temporis, qui septem libros institutionum scriptos reliquit. 248 ferit ictibus. ferulis. in meditatione pugnandi. 249 hoc est, universa efficit dictata vel tantum curat in exercitio quantum gladiator.

250 meretrices nam Floralibus ludis armis certabant gladiatoriis atque pugnabant. tuba qua committuntur ludi Florales, in quibus meretrices nudatis corporibus per varias artes ludendi discurrunt. nam a Flora meretrice instituti sunt. in honorem Florae deae conditi quae floribus praeest, ludi sunt inpudici. 251 nam vere vult esse gladiatrix, quae meretrix. 254 id est una uncia est libidinis in masculis et undecim in feminis. 255 fit nam

237 et *om. P add. p* arcessitus *Henninius* 238 morae *p*: mora *P* silet *P*: uel pauet (*huic superscriptum* timet) *in margine p* pauet ω. sedet *conieci* ducit *P*: discit *p* 248 •udibus *P* (*de erasa littera mihi non constat,* r *putabant*) sudibus *p*ω 250 in imo *Scholtius* 251 agitet *P corr. p*

balteus et manicae et cristae crurisque sinistri
dimidium tegimen, vel si diversa movebit
proelia, tu felix ocreas vendente puella.
hae sunt quae tenui sudant in cyclade, quarum
delicias et panniculus bombycinus urit?
aspice quo fremitu monstratos perferat ictus
et quanto galeae curvetur pondere, quanta
poplitibus sedeat quam denso fascia libro,
et ride positis scaphium cum sumitur armis.
dicite vos neptes Lepidi caecive Metelli
Gurgitis aut Fabii, quae ludia sumpserit umquam
hos habitus, quando ad palum gemat uxor Asyli.
  semper habet lites alternaque iurgia lectus
in quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.
cum gravis illa viro, tunc orba tigride peior,
cum simulat gemitus occulti conscia facti,
aut odit pueros, aut ficta paelice plorat,
uberibus semper lacrimis semperque paratis
in statione sua atque expectantibus illam,
quo iubeat manare modo: tu credis amorem,
tu tibi tunc, uruca, places fletumque labellis
exorbes, quae scripta et quot lecture tabellas,

et privatim auctio. si in auctione uxoris venient arma gladiatoria, ποταπὴ ἀσχημοσύνη; 258 ocreas. quas retiarii aut secutores habent. 260 id est etiam sericis vestibus gravatur.

263 super poplites suos sedit. quod dicitur sedere et surgere.

volumen in specie libri, id est longa fascia. 264 et cum posuerit arma post meditationem et ceperit vas ut bibat, ride.

265 nomina nobilium. 267 Asylus nomen gladiatoris.

271 quando sibi est criminis conscia, tunc blanditur aut fingit fletus dicens se a marito odiri et aliam eum amare, tunc et filios persequitur. 274 metaphora a militibus, quoniam milites semper ad ambulandum parati sunt, quacumque illis hora iubeatur.

276 uruca. mimologi stupidi nomen finxit, qui a femina sua frequenter fallitur cum agit personam mariti. vel ut alii dicunt, genus est animalis foedi spinosi, ut ericius. uruca autem est pro-

257 mouebis *p* 270 Cum *P* (*adscriptum* cum iacet inportabilis): Tunc ω Tum ς. *cf. Lachmannus Lucreti p. 25* 271 gemitus *in litura totum P* 272 ficta ω: flicta *P* 274 sua tamquam *Weidner* 276 tunc] nc *in rasura P.* tum *uel* tunc curuca ω Vruca *edebat Iahnius* 277 Exsorbes *p*, *superscriptum* exucas uel exsiccas lectura *Ppr.*

si tibi zelotypae retegantur scrinia moechae.
sed iacet in servi complexibus aut equitis. dic,
dic aliquem sodes hic, Quintiliane, colorem.
haeremus. dic ipsa. 'olim convenerat' inquit
'ut faceres tu quod velles, nec non ego possem
indulgere mihi. clames licet et mare caelo
confundas, homo sum.' nihil est audacius illis
deprensis, iram atque animos a crimine sumunt.
  unde haec monstra tamen vel quo de fonte, requiris?
praestabat castas humilis fortuna Latinas
quondam, nec vitiis contingi parva sinebant
tecta, labor somnique breves et vellere Tusco
vexatae duraeque manus ac proximus urbi
Hannibal et stantes Collina turre mariti.
nunc patimur longae pacis mala, saevior armis
luxuria incubuit victumque ulciscitur orbem.
nullum crimen abest facinusque libidinis, ex quo
paupertas Romana perit. hinc fluxit ad istos
et Sybaris collis, hinc et Rhodos et Miletos
atque coronatum et petulans madidumque Tarentum.

prie illud quod in faba nascitur, ut gurgulio. 280 Quintilianus orator egregius illo tempore. ergo quasi ad ipsum loquitur: dic orator colorem ad defensionem huius causae. 282 ita inter nos pacti, ut quisque pro voluntate sua faciat. 285 id est quantum ingens est crimen quod admittitur, tanto deprehensae maiorem induunt iram ad defendendum. 287 paupertas antiqua castas cogebat esse mulieres, nunc divitiae et luxuriae inpudicas faciunt.

289 labor nam custos est castitatis. 291 Collino monte. ut porta. 296 Sybarim in Italia Philoctetae comites condiderunt. quae urbs postea in tantum prolapsa est continua felicitate, ut nomen ad significationem inpudicitiae in omni obprobrio sufficere videatur. similiter Rhodos et Miletos luxuria diffluunt in Graecia civitates, ut hi in Italia vituperantur. 297 petulans autem dicit,

278 zelotype legantur *P corr.* ω moechi *Ppr.* 280 Dic *cum aliqua primae litterae rasura* (*uix fuit* H) *P* Hic *Heinrichius* hic *P*: dic ω *Heinrichius* 282 possum *P sed superscriptum* sc. conuenerat: possem ω 285 a ω *Gelasius Cyprianus heptat. Gen. 1200*: *om. P qui nec* a *nec* e (*sic Iahnius*) *aut tale quidquam habuit sed obliquam distinctionis notam postea deletam.* de *Dracontius cf. mus. rhen. 28 p. 349* 288 sinebat ω 295 ad istos ς *Pithoeus*: ad indos *P* uel ad histros *p* ad histros *uel* istros ω. Abydos *ac deinde* molles hinc *Froehner* 297 tarentus *Ppr.*

prima peregrinos obscaena pecunia mores
intulit, et turpi fregerunt saecula luxu
divitiae molles. quid enim venus ebria curat?
inguinis et capitis quae sint discrimina, nescit
grandia quae mediis iam noctibus ostrea mordet,
cum perfusa mero spumant unguenta Falerno,
cum bibitur concha, cum iam vertigine tectum
ambulat et geminis exsurgit mensa lucernis.
i nunc et dubita, qua sorbeat aera sanna
Tullia, quid dicat notae collactea Maurae
Maura, Pudicitiae veterem cum praeterit aram.
noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic
effigiemque deae longis siphonibus implent
inque vices equitant ac Luna teste moventur,
inde domos abeunt: tu calcas luce reversa
coniugis urinam magnos visurus amicos.
nota bonae secreta deae, cum tibia lumbos
incitat et cornu pariter vinoque feruntur
attonitae crinemque rotant ululantque Priapi
maenades. o quantus tunc illis mentibus ardor
concubitus, quae vox saltante libidine, quantus
ille meri veteris per crura madentia torrens.
lenonum ancillas posita Saufeia corona
provocat ac tollit pendentis praemia coxae,
ipsa Medullinae fluctum crisantis adorat;

quia adversum Romanos bellum saepe moverunt et se Pyrrho sociarunt. 301 quia ore obscaeno sunt. Horatius [*epod.* 8, 19] de huiusmodi feminis 'quod ut superbo provoces ab inguine, ore adlaborandum est tibi'. 304 cum extra mensuram ad ebrietatem bibitur. 306 inunguet d. q. s. revocato naribus spiritu insultet ebria ac per hoc ronchos ducat. 309 apud Pudicitiam concumbunt et urinam faciunt. 312 inde ad suas domos revertuntur. tu enim cum mane processeris, lotium calcas uxoris tuae. 314 templum ubi intravit Clodius pro psaltria et cum uxore pontificis concubuit. 316 id est non Liberi patris bacchae, sed Priapi.

320 aut feta corona. sacerdotis nomen. ad certamen. aufert Saufeia praemia c. 322 id est habet potiorem in obscaenis motibus.

304 uertice *P* uel uertigine *superscr. p* 306 Inunget *P corr. in margine p* 307 *om. P in margine add. p. damnarat Iahnius, post* 308 *transponunt* ς. *distinguebant* Maurae, Maura 308 arã *P*
310 implet *P* 311 *damnarat Iahnius* 320 positas aut feta *P* posita laufela *p*ω: *corr. S* 321 ac tollit *Iahnius*: attollit *P* et tollit ω 322 fructum *p* (*superscriptum* pruriginem), frictum ς

palma inter dominas, virtus natalibus aequa.
nil ibi per ludum simulabitur, omnia fient
ad verum, quibus incendi iam frigidus aevo
Laomedontiades et Nestoris hirnea possit.
tunc prurigo morae inpatiens, tum femina simplex,
ac pariter toto repetitus clamor ab antro
'iam fas est, admitte viros'. iam dormit adulter:
illa iubet sumpto iuvenem properare cucullo;
si nihil est, servis incurritur; abstuleris spem
servorum, venit et conductus aquarius; hic si
quaeritur et desunt homines, mora nulla per ipsam
quo minus imposito clunem summittat asello.
atque utinam ritus veteres et publica saltem
his intacta malis agerentur sacra, sed omnes
noverunt Mauri atque Indi quae psaltria penem
maiorem, quam sunt duo Caesaris Anticatones,
illuc, testiculi sibi conscius unde fugit mus,
intulerit, ubi velari pictura iubetur
quaecumque alterius sexus imitata figuras.
et quis tunc hominum contemptor numinis? aut quis
simpuvium ridere Numae nigrumque catinum

323 virtutis obscaenae palma aequat in nobilitate dominas. 326 tanta lascivitas efficitur et dissolutio, ut etiam senes moveri possint. 329 si iam dormit adulter. expectans, si adulter dormit, at quemadmodum cumque ad stuprum vocatur. 335 quia habebant et privati sua sacra antea. 338 Caesar bello civili cognita Catonis morte, cuius virtutem dialogo illo cui inscripsit Cato Cicero etiam laudavit, libros duos famosissimos, vitam Catonis, edidit quos Anticatones inscripsit. dicit autem Iuvenalis de Clodio, qui templum bonae deae ingressus habitu psaltriae adulterium admisit.

339 illud testiculis sibi c. sc. i. d. f. m. ad templum, ubi non est fas intrare nec murem masculum. 343 simpuvium vas sacrificiis aptum, in quo pontifices libare solebant. simpuvium autem, quia omnes sacerdotes simul bibebant. inde simpuviatrix illa dicitur,

323 Palma *P* Palmã *p* aequa *P*: aequat *p*. aequa est *diuinarat Iahnius transposito uersu* 322 *post* 323 *distinguens* palmam, inter d. *antehac defenderam* palmam aequat *coni. laude Pisonis 12* animum natalibus aequas 324 tibi *p* 326 posset *p* 328 reperitus *P*

329 iam dormit *Pithoeus*: si iam dormit *P* si dormit (*eraso* iam) *tum* dormitat (*expuncto* si *et adscripto* at) *p* dormitat *ω Priscianus p. 404* 332 ueniet *ω* 337 penen *P* 338 caesares *Ppr.*

339 Illud testiculis *Ppr.* inde *P corr. ω* 341 figuram est *pω* 343 Simpulum *P corr. p*

et Vaticano fragiles de monte patellas
ausus erat? sed nunc ad quas non Clodius aras?
audio quid veteres olim moneatis amici:
'pone seram, prohibe'. sed quis custodiet ipsos
custodes? cauta est et ab illis incipit uxor.
iamque eadem summis pariter minimisque libido,
nec melior, silicem pedibus quae conterit atrum,
quam quae longorum vehitur cervice Syrorum.
ut spectet ludos, conducit Ogulnia vestem,
conducit comites sellam cervical amicas
nutricem et flavam cui det mandata puellam.
haec tamen argenti superest quodcumque paterni,
levibus athletis et vasa novissima donat:
multis res angusta domi, sed nulla pudorem
paupertatis habet nec se metitur ad illum
quem dedit haec posuitque modum. tamen utile quid sit,
prospiciunt aliquando viri, frigusque famemque
formica tandem quidam expavere magistra:
prodiga non sentit pereuntem femina censum.
ac velut exhausta redivivus pullulet arca
nummus et e pleno tollatur semper acervo,
non usquam reputant, quanti sibi gaudia constent.
sunt quas eunuchi inbelles ac mollia semper

quae porrigit poculum ipsum. 345 Clodius aras. pro Clodius. licet nam per communionem uti, Clodius et Claudius, ut cotes et cautes, ut auriga qui origa. 'Probus autem legit: sed non ad quas nunc lodius aras, ut habitu ludionis ad aras accedi dicat, ut sit lodius pro ludius' *Valla*. 348 et ab illis incipit uxor. 'qui nunc lascivae furta puellae hac mercede silent: crimen commune tacetur.' 350 quae pedibus suis ambulat. 351 id est in lectica, ut Cicero [*Verr*. 5, 11, 27] 'nam ut mos est, lectica octophoro ferebatur.' Syrorum. servorum. verbo usus est comico. nam antiquitus servis nomina ex gentibus suis ponebantur, ut apud Terentium frequenter legimus. 354 flavam. puellam minorem, per quam adulteris suis mandet. 362 nam mulieres patrimonium minuere non considerant, sed ita secum habent, tamquam si renascatur pecunia in eodem loco unde tollunt, aut cumulum plenum semper inveniant. 365 'reputant. sed hic versus in quibusdam non est, ut inquit Probus' *Valla*. 366 inutiles ad con-

345 claudius *pω* 347 cohibe *ω* 353 Conducunt *grammaticus GLK. VI p. 231* 354 des *P corr. p* 365 usquam *reposui*: nusquam *P* ũquam *p erasis* n *et* s reputant *P* uel repetunt *margo*

oscula delectent et desperatio barbae
et quod abortivo non est opus. illa voluptas
summa tamen, quod iam calida matura iuventa
inguina traduntur medicis, iam pectine nigro;
ergo spectatos ac iussos crescere primum
testiculos, postquam coeperunt esse bilibres,
tonsoris damno tantum rapit Heliodorus.
conspicuus longe cunctisque notabilis intrat
balnea nec dubie custodem vitis et horti
provocat a domina factus spado. dormiat ille
cum domina, sed tu iam durum, Postume, iamque
tondendum eunucho Bromium committere noli.
  si gaudet cantu, nullius fibula durat
vocem vendentis praetoribus. organa semper
in manibus, densi radiant testudine tota
sardonyches, crispo numerantur pectine chordae.
quo tener Hedymeles operas dedit, hunc tenet, hoc se
solatur, gratoque indulget basia plectro.
quaedam de numero Lamiarum ac nominis Appi
et farre et vino Ianum Vestamque rogabat,
an Capitolinam deberet Pollio quercum
sperare et fidibus promittere. quid faceret plus
aegrotante viro, medicis quid tristibus erga

cubitum. [*Verg. g.* 3, 98] ‘et si quando ad proelia ventum est, ut quondam stipulis magnus sine viribus ignis in cassum furit’. Horatius [*od.* 1, 6, 17] ‘nos proelia virginum sectis in iuvenes unguibus acrium’. 373 ad illos rettulit, qui non habent barbam et in concubitu viri sunt. Heliodorus medicus illius temporis.

375 Priapum amplitudine penis sui provocat. 378 puerum ephebum et comatum non committes eunucho. 379 fibulam dicit circellos quos tragoedi sive comoedi in penem habent, ut coitum non faciant, ne vocem perdant. 382 crispo pulsanti. eburno scilicet pectine, qui crispet et agitet chordas. aut scutulato et pulcro. 383 hic citharoedus fuit. tener autem ad aetatem rettulit. 385 ac nominis Ap. Appiam significat. 386 id est sacrificabat nobilis matrona, utrum citharoedus Pollio, eius amatus, in agone Capitolino coronam accipere posset. 389 quid amplius erat factura, si de salute viri sui consuleret aegrotantis

369 cum iam *Ribbeckius* 371 exspectatos *p* 372 bilibros *Ppr.* 373 tantum damno *ω* 379 Sic audet (c *in rasura*) *P* uel Si gaudet *margo* 381 densi *cf.* VII 143 385 appi *S*: ap* (*ut uidetur* api) *P* alti *pω* Aeli *NHeinsius*

filiolum? stetit ante aram nec turpe putavit
pro cithara velare caput dictataque verba
pertulit, ut mos est, et aperta palluit agna.
dic mihi nunc quaeso, dic, antiquissime divum,
respondes his, Iane pater? magna otia caeli;
non est, quod video, non est quod agatur aput vos.
haec de comoedis te consulit, illa tragoedum
commendare volet, varicosus fiet haruspex.
  sed cantet potius quam totam pervolet urbem,
audax et coetus possit quae ferre virorum
cumque paludatis ducibus praesente marito
ipsa loqui recta facie siccisque mamillis.
haec eadem novit quid toto fiat in orbe,
quid Seres, quid Thraces agant, secreta novercae
et pueri, quis amet, quis diripiatur adulter;
dicet quis viduam praegnatem fecerit et quo
mense, quibus verbis concumbat quaeque, modis quot.
instantem regi Armenio Parthoque cometem
prima videt, famam rumoresque illa recentis
excipit ad portas, quosdam facit; isse Niphatem
in populos magnoque illic cuncta arva teneri
diluvio, nutare urbes, subsidere terras
quocumque in trivio cuicumque est obvia, narrat.
  nec tamen id vitium magis intolerabile quam quae
vicinos humiles rapere et concidere loris

sive de filii? 392 pertulit. ad deos scilicet secundum consuetudinem. exta intuendo. 394 ἀποστροφὴ ad deos. 397 id est dum consulit deos aut exta consulit, multum stando varicosus efficitur. 398 sed potius est illam cantando delinquere, quam nimium sapere et vagari per civitatem. 400 euntibus ad militiam, chlamydatis scilicet. Sallustius ʻtogam paludamento mutavitʼ.
401 adhuc extantibus mamillis siccis. 404 diripiatur adulter. qui adulterorum amet quisve ad poenam raptus est. 407 huius stellae ortus magnum regibus portendit exitium. denique testis est Lucanus [1, 529]: ʻet terris mutantem adstare cometemʼ. latine autem haec stella cincinnata dicitur. 411 inundasse Armeniae fluvium. 412 per omnes plateas quibuscumque occurrerit narrat.
414 pauperes vicinos rogata loris caedit, ceterum irata fusti-

401 strictisque ς 404 diripiatur *P* uel decipiatur *superscr. p* 406 concūbat *P* 409 nimphatem *Ppr.* 410 arma *P corr.* ω
411 nutare] u *ex* a? *P* 413 quae *P correctum in* quod *manu antiqua*, quod ω quo *Schraderus*

exhortata solet. nam si latratibus alti
rumpuntur somni, 'fustes huc ocius' inquit
'adferte' atque illis dominum iubet ante feriri,
deinde canem. gravis occursu, taeterrima vultu
balnea nocte subit, conchas et castra moveri
nocte iubet, magno gaudet sudare tumultu,
cum lassata gravi ceciderunt bracchia massa,
callidus et cristae digitos inpressit aliptes
ac summum dominae femur exclamare coegit.
convivae miseri interea somnoque fameque
urguentur. tandem illa venit rubicundula, totum
oenophorum sitiens, plena quod tenditur urna
admotum pedibus, de quo sextarius alter
ducitur ante cibum rabidam facturus orexim,
dum redit et loto terram ferit intestino.
marmoribus rivi properant, aurata Falernum
pelvis olet; nam sic tamquam alta in dolia longus
deciderit serpens, bibit et vomit. ergo maritus
nauseat atque oculis bilem substringit opertis.
  illa tamen gravior, quae cum discumbere coepit,
laudat Vergilium, periturae ignoscit Elissae,
committit vates et comparat, inde Maronem
atque alia parte in trutina suspendit Homerum.

bus. 417 id est si ex latratu canum experrecta fuerit, irata iubet et canem et dominum rapi et fustes adferri, quibus crudelitatem suam in utrumque exercet. 418 in occursu et in visione terribilis. ut Virgilius [*Aen.* 3, 621] 'nec visu facilis'. 421 halteras dicit, quibus utuntur athletae cum exercent. 423 quod fecerit, illa non exclamat, sed patienter tolerat. 424 expectantes dicit. cum venerit e balneis, oenophorum prendit quod urnam capit, et sic bibit. 427 ad pedes accipit. 429 cum coepit ebria reicere. 430 marmoribus. in triclinio marmoreo. 434 Statiliam Messalinam significat, quae post quattuor matrimonia diverso exitu soluta postremo Neroni nupsit. post quem interemptum et opibus et forma et ingenio plurimum viguit. consectata est usum eloquentiae usque ad studium declamandi. illo tempore duae Messalinae fuerunt, haec et Valeria de qua Claudius Britannicum filium sustulit. 436 committat vates. disputat de altioribus.

415 Exortata *P* (*superscriptum* i. postulata ab aliquo id facere): Exorata *ω* *cf. Hor. sat. 1 10 praepositum u. 5* 417 illius *p* 426 urnam *P corr. p* 430 aurata *P* uel aut lata *superscr. p*

cedunt grammatici, vincuntur rhetores, omnis
turba tacet, nec causidicus nec praeco loquetur,
altera nec mulier. verborum tanta cadit vis,
tot pariter pelves ac tintinnabula dicas
pulsari. iam nemo tubas, nemo aera fatiget:
una laboranti poterit succurrere Lunae.
inponit finem sapiens et rebus honestis;
nam quae docta nimis cupit et facunda videri,
crure tenus medio tunicas succingere debet,
caedere Silvano porcum, quadrante lavari.
non habeat matrona, tibi quae iuncta recumbit,
dicendi genus, aut curvum sermone rotato
torqueat enthymema, nec historias sciat omnes,
sed quaedam ex libris et non intellegat. odi
hanc ego quae repetit volvitque Palaemonis artem
servata semper lege et ratione loquendi
ignotosque mihi tenet antiquaria versus
nec curanda viris opicae castigat amicae
verba: soloecismum liceat fecisse marito.
nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil,
cum virides gemmas collo circumdedit et cum
auribus extentis magnos commisit elenchos;
intolerabilius nihil est quam femina dives.
interea foeda aspectu ridendaque multo
pane tumet facies aut pinguia Poppaeana

443 sonitu ferri, ut adsolet quando luna deficit. 444 et honestis rebus inponit finem sapiens. adde quod et turpibus. alii dicunt, etiam philosophiam tractat. 447 quia Silvano mulieres non licet sacrificare. 450 syllogismum non sciat uxor tua. non multos auctores legat. 451 legere tantum sciat. 452 grammatici magistri Quintiliani oratoris. 453 lege. analogia. 454 id est quae antiquitatem tenet et ut antiquarius versus dicit.

455 nec curanda. quae viri neglegunt. inperitae, male pronuntiantis. 459 comm. uniones, margaritas oblongas.

commisit, comparavit elenchos quos magnarum gemmarum gerebant matronae, quos et titulatos appellabant, inquit Probus' *Valla.* 460 nil tam molestum est quam uxor ditior quam maritus. 462 medicamen ad tendendam faciem aut cutem magis.

452 qua *P* arte *Ppr.* 455 uiris *Spω*: mihi *P* (*sub* 454 mihi *recta linea*) 459 Auribu *in litura breuiore P* 460 *delebat Paldamus* 461—463 *post* 466 *transposuit Maduicus, lacunam suspicatus est Teuffelius*

spirat, et hinc miseri viscantur labra mariti:
ad moechum lota veniunt cute. quando videri
vult formonsa domi? moechis foliata parantur,
his emitur, quidquid graciles huc mittitis Indi.
tandem aperit vultum et tectoria prima reponit,
incipit agnosci, atque illo lacte fovetur
propter quod secum comites educit asellas
exul Hyperboreum si dimittatur ad axem.
sed quae mutatis inducitur atque fovetur
tot medicaminibus coctaeque siliginis offas
accipit et madidae, facies dicetur an ulcus?
  est pretium curae penitus cognoscere toto
quid faciant agitentque die. si nocte maritus
aversus iacuit, periit libraria, ponunt
cosmetae tunicas, tarde venisse Liburnus
dicitur et poenas alieni pendere somni
cogitur, hic frangit ferulas, rubet ille flagello,
hic scutica; sunt quae tortoribus annua praestent.
verberat atque obiter faciem linit, audit amicas
aut latum pictae vestis considerat aurum
et caedit, longi relegit transversa diurni
et caedit, donec lassis caedentibus 'exi'

Poppaea uxor Neronis adeo diligens in excolenda forma fuit, ut eam quinquaginta asinae sequerentur missam in exilio, quarum lacte candorem corporis provocabat. earum natura fucata est. decessit calce a Nerone percussa. medicaminis ipsius autem nomen Iuvenalis Poppaeana dixit, quasi ab illa inventum sit. 465 unguenta foliis plena vel aliis aromatibus. 466 hic mittitis I. quidquid huc odorum mittitis. 467 tandem remotis medicaminibus ad suam formam redit. 468 lacte asinino faciem linit, ut cutem tendat et candorem eliciat. 473 accipite f. id est facies non debet illa dici sed vulnus, ad cuius inpendia tanta ex pani et aliis rebus cataplasma facit. 477 eos dicit qui ornamentis praesunt, non tamen ornatrices. tunicas. ut vapulent scilicet. gerulus lecticae quae liburnata est. 478 somnus mariti poenas praestat familiae. 480 id est salaria quaestionariis sive carnificibus.
 483 ratiocinium diurnum accipit in transversa charta scriptum.

466 huc ω: hic *P* 468 illo tunc lacte ς 469 educet *Iahnius* 471 qui conductis inducitur *Augustinus GLK. V p. 497*
473 Accipite facies madidae *P corr.* ω *Augustinus* 474 penitus cogitur cognoscere *P*: cogitur *om.* ω (*in quibus* Est operae pretium) 475 dies in n. *Ppr.* 479 flagellis *p*

intonet horrendum iam cognitione peracta.
praefectura domus Sicula non mitior aula.
nam si constituit solitoque decentius optat
ornari et properat iamque expectatur in hortis
aut aput Isiacae potius sacraria lenae,
disponit crinem laceratis ipsa capillis
nuda umero Psecas infelix nudisque mamillis.
'altior hic quare cincinnus?' taurea punit
continuo flexi crimen facinusque capilli.
quid Psecas admisit? quaenam est hic culpa puellae,
si tibi displicuit nasus tuus? altera laevum
extendit pectitque comas et volvit in orbem.
est in consilio materna admotaque lanis
emerita quae cessat acu; sententia prima
huius erit, post hanc aetate atque arte minores
censebunt, tamquam famae discrimen agatur
aut animae. tanta est quaerendi cura decoris;
tot premit ordinibus, tot adhuc conpagibus altum
aedificat caput. Andromachen a fronte videbis,
post minor est, credas aliam. cedo si breve parvi
sortita est lateris spatium, breviorque videtur
virgine Pygmaea nullis adiuta cothurnis,
et levis erecta consurgit ad oscula planta.
  nulla viri cura interea nec mentio fiet
damnorum. vivit tamquam vicina mariti,
hoc solo propior quod amicos coniugis odit

486 tyrannorum dicit Phalaris aut Dionysi. Phalaris Agrigentinus saevissimus tyrannus, qui sic crudelitates exercebat: missis in aeneum taurum hominibus et subiecto igne torquebat. de quo Cicero dicit 'inclusorum hominum gemitu mugiebat taurus'. 489 quia in hortis templorum adulteria committunt. 491 psecazin graece dicunt, quando minutum sive rarum pluit. ornatrices igitur conponentes rarum ac parvum aquae solent mittere ac velut psecazin. ergo nominis etymologiam ab arte sumpsit. 495 altera conponit crinem, dum illa caeditur. 497 lanipendia matris facta ornatrix quasi magistra. 498 quae non ornatrix est, sed iam quasi emerita cessat. 501 tantum ineunt consilium, quasi non de ornatu agatur, sed de pudoris aut vitae discrimine. cura decoris. tanta est sollicitudo propter decorem. 510 in hoc pro-

486 domus *P*: o *supra* u *p* Profectura domo ω 491 Nudo *Rupertius* specas *Ppr.* 493 crinem *P sed superscriptum* sic illi matronae uidetur: crimen ω 501 tanti *p* 504 credo *Ppr.* 510 coniungit odit *P et quidem* git odit *in litura,* gis *superscr. p*

et servos, gravior rationibus. ecce furentis
Bellonae matrisque deum chorus intrat et ingens
semivir, obscaeno facies reverenda minori,
mollia qui rapta secuit genitalia testa
iam pridem, cui rauca cohors, cui tympana cedunt,
plebeia et Phrygia vestitur bucca tiara.
grande sonat metuique iubet septembris et austri
adventum, nisi se centum lustraverit ovis
et xerampelinas veteres donaverit ipsi,
ut quidquid subiti et magni discriminis instat,
in tunicas eat, et totum semel expiet annum.
hibernum fracta glacie descendet in amnem,
ter matutino Tiberi mergetur et ipsis
verticibus timidum caput abluet, inde superbi
totum regis agrum nuda ac tremibunda cruentis
erepet genibus; si candida iusserit Io,
ibit ad Aegypti finem calidaque petitas

xima est marito, quod amicos ipsius odit, quod vicina non facit.
511 in lomentis et balnearia pecuniam erogando. 513 ideo reverenda quia minorem penem habet. 515 Gallorum effeminatorum. 516 sacerdotis habitu. tiara nam galea sacerdotis est quae per malas veniens mento subligatur. tiara est frigium quod dicunt. 519 'xerampelinas. subaudiendum vestes. quae ad usum matronarum, inquit Probus, fuerunt ampelini coloris qui inter coccinum et muriceum medius est' *Valla.* 522 descendat per glaciem. 525 Brutus agrum Tarquini superbi eo eiecto Marti consecravit. unde hodieque campus Martius appellatur. 526 ereptet. genuis flexis pertrasit. Io Inachi fluvii filia quam Iuppiter stupravit. et deprehensus a Iunone in vaccam eam transfiguravit celare volens scilicet factum. quod Iuno sciens dono eam sibi petit et accepit. quam acceptam Argo custodiendam tradidit. is Argus centum oculos dicitur habuisse. quem Mercurius iussus ab Iove occidit. hanc igitur Io in tantum persecuta est Iuno, ut per omnem mundum eam minaret. quae cum venisset errans in partibus Aegypti in Nilum fluvium, lassata coepit orare prout potuit requiem malorum. Iuppiter Iunonem indulgere petit. indulsit paelici, et reversa in suam figuram recepta inter deas Io est. ipsa est dea Isis. inde etiam

511 grauirationibus *P*, s ē. *post* graui *superadd. p* (*item* grauis est r. *ω*). *feci* grauior r. 513 reueranda *P* 518 nisi *supra uersum add. p* 526 Ereptet *P* (*superscriptum* i. rependo peragrabit) 527 Ibi *Ppr.* calidasque *P sed* s *erasa*, calidasque *etiam ω*

a Meroe portabit aquas, ut spargat in aede
Isidis, antiquo quae proxima surgit ovili.
credit enim ipsius dominae se voce moneri:
en animam et mentem cum qua di nocte loquantur.
ergo hic praecipuum summumque meretur honorem,
qui grege linigero circumdatus et grege calvo
plangentis populi currit derisor Anubis.
ille petit veniam, quotiens non abstinet uxor
concubitu sacris observandisque diebus
magnaque debetur violato poena cadurco
et movisse caput visa est argentea serpens;
illius lacrimae meditataque murmura praestant
ut veniam culpae non abnuat, ansere magno
scilicet et tenui popano corruptus, Osiris.
cum dedit ille locum, cophino faenoque relicto
arcanam Iudaea tremens mendicat in aurem,
interpres legum Solymarum et magna sacerdos
arboris ac summi fida internuntia caeli.
implet et illa manum, sed parcius; aere minuto
qualiacumque voles Iudaei somnia vendunt.
spondet amatorem tenerum vel divitis orbi

sacra de Aegypto. 529 in Martio campo templo Isidis. vetustum. ovili, quia ibi Romulus et pastores adsueverint pecora pascere. aut regiam dicit Romuli. vel Palatium. 533 sic enim sunt mystae, quando Osirim quaerunt. 534 utrum quod ipse derideat, an quod aliis se praebeat deridendum? dictus Anubis hic est, qui caput caninum accepit per mysteria. 537 'cadurco. membrum mulieris, inquit Probus, intelligitur cum sit membri muliebris velamen. vel ut alii, est instita qua lectus intenditur. unde ait Sulpicia 'si me cadurcis dissolutis fasciis nudam Caleno concubantem proferat' *Valla.* 538 quae est in templo Isidis, movit caput. 542 ideo dixit [3, 14] 'faenumque supellex'. quod his pulmentaria sua et calidam aquam die sabbati servare consuerunt.
546 implet et illa manus. accipit et ipsa nummos, sed non tantos quantos Gallus.

528 potabit *Ppr.* aede *P*: aedē *P an p? superscriptum* i. templum. *item* aedem *ω* 533 lanigero *P* uel aliter linigero *superscr. p* 537 caduceo *p* 538 Si mouisse *Iahnius dirimens hunc uersum a superiore* 539 lacrimis *p* 541 orisis *Ppr.* 542 phanoque *P corr. ω* 543 Arcanum *Heinrichius* 545 caeli *in litura totum P* 546 manus et *tum* manũ set *P* 547 omnia *P corr. p* 548 uel *p*: nec *aut* *et *tale erasum P*

testamentum ingens calidae pulmone columbae
tractato Armenius vel Commagenus haruspex;
pectora pullorum rimabitur, exta catelli,
interdum et pueri; faciet quod deferat ipse.
Chaldaeis sed maior erit fiducia; quidquid
dixerit astrologus, credent a fonte relatum
Hammonis, quoniam Delphis oracula cessant
et genus humanum damnat caligo futuri.
praecipuus tamen est horum, qui saepius exul,
cuius amicitia conducendaque tabella
magnus civis obit et formidatus Othoni.
inde fides artis, sonuit si dextera ferro
laevaque, si longo castrorum in carcere mansit.
nemo mathematicus genium indemnatus habebit,
sed qui paene perit, cui vix in Cyclada mitti
contigit et parva tandem caruisse Seripho.
consulit ictericae lento de funere matris,
ante tamen de te Tanaquil tua, quando sororem
efferat et patruos, an sit victurus adulter

550 inspiciens. ut Vergilius [*Aen.* 4, 64] 'pectoribus inhians spirantia consulit exta'. 552 Egnatium philosophum significat, qui filiam Bareae Sorani cum ipse ad magicam discendam esset hortatus, detulit Neroni. ob quam rem mori cum patre iussa est a Nerone. Egnatium autem hic poeta ob delationem hanc ipsam saepe lacerat, ut superius [3, 116] dixit 'stoicus occidit Baream delator amicum discipulumque senex'. 553 maior fides adhibetur magis vel mathematicis. 554 hoc est velut ab ipso Iove Hammone sit dictum. Apollo nam indignos homines putat quibus futura respondeat. magis sic intelligitur, quod Alexander damnavit templum Apollinis in Delphis. 556 ne sint homines futurorum praescii. 557 deest fuerit. magorum aruspicum mathematicorum praecipuus. 562 quasi ob nimiam peritiam scilicet fuerit damnatus. 565 requirit de morte hictericae matris cum mathematicis. 566 modo pro qualibet uxore posuit nomen. haec autem Tanaquil fuit Tarquini prisci uxor, soceri Servi Tullii, quae dicitur mathematicam artem optime scisse. 567 et p. an

549 calidae] ca *in rasura P* 551 rimatur et *pω* 553 set *p*: et *P* 554 a fronte *P*: uel a fonte uel a facie *adscripsit p* 558 559 *om. P in margine add. p,* 558 *superscriptum* uel concidenda, *super hoc tamen manu eadem* praetio locanda. *cf. GLK. VII p. 544, 19* formidatam tabellam, pinacem 561 longo *ω*: longa *P. fortasse* longe 563 cuiuis *Ppr.* 565 hic tetrice *P*

post ipsam; quid enim maius dare numina possunt?
hae tamen ignorant quid sidus triste minetur
Saturni, quo laeta Venus se proferat astro,
quis mensis damnis, quae dentur tempora lucro:
illius occursus etiam vitare memento,
in cuius manibus ceu pinguia sucina tritas
cernis ephemeridas, quae nullum consulit et iam
consulitur, quae castra viro patriamque petente
non ibit pariter numeris revocata Thrasylli.
ad primum lapidem vectari cum placet, hora
sumitur ex libro; si prurit frictus ocelli
angulus, inspecta genesi collyria poscit;
aegra licet iaceat, capiendo nulla videtur
aptior hora cibo nisi quam dederit Petosiris.
si mediocris erit, spatium lustrabit utrimque
metarum et sortes ducet frontemque manumque

sit v. *κατὰ κοινοῦ*. 569 nec tamen i. matronae scilicet superstitiosae. Vergilius [*g*. 1, 336] 'frigida Saturni sese quo stella receptet'. Lucanus [1, 661] 'Veneris salubre sidus'. 572 sensus hic est. tolerabilior tamen illa est mulier quae consulit alium, non ferenda vero ea quae ipsa mathesin profitetur. 574 membrana mathematicorum. ut actus diurnos. quae ex assidua tractatione colorem suum mutavit et electrea facta est. 576 Thrasyllus multarum artium scientiam professus postremo se dedit Platonicae sectae ac deinde mathesi. qua praecipue viguit apud Tiberium, cum quo sub honore eiusdem artis artissima familiaritate vixit. quem postea Tiberius in insula Rhodo praecipitare voluit in pelagum quasi conscium promissae dominationis. quem dolum cum praesensit, fugit. 579 et si oculum doleat, horam et collyrium ex ephemeride promit.

581 Petosiris alter auctor artis mathematices. 582 si pauper erit, mulier superstitiosa in circo quaerit quos consulat. ibi nam antea proponere solebant huius artis professores. 'quia circulatores, velut Probus inquit, hoc consueverint adhibere, ut delectis sibi locis duobus eos lustrent id est circueant, deinde per eos sortes id est taxillos iactitent, quo exinde quae ad suae geneseos signum se accommodaverit inspiciatur, numquid vivet, quando et paucis ex verbis ibidem conscriptis educunt sortes suas' *Valla*.

569 Nec *P* hęc *p* ignorat *p* 571 Quis *P* *sed* s *erasa* damnis] i *ex* o *P* dantur temporalia lucra *P corr. p* 574 qua *Ppr.* 577 conplacet *P* 578 purit *Ppr.* 579 poscunt *P* uel poscit *p* 583 sortes] rtes *in litura P*

praebebit vati crebrum poppysma roganti.
divitibus responsa dabunt Phryx augur et Indae,
conductus dabit astrorum mundique peritus
atque aliquis senior qui publica fulgura condit:
plebeium in circo positum est et in aggere fatum;
quae nudis longum ostendit cervicibus aurum,
consulit ante falas delphinorumque columnas,
an saga vendenti nubat caupone relicto.
hae tamen et partus subeunt discrimen et omnis
nutricis tolerant fortuna urguente labores,
sed iacet aurato vix ulla puerpera lecto.
tantum artes huius, tantum medicamina possunt,
quae steriles facit atque homines in ventre necandos
conducit. gaude, infelix, atque ipse bibendum
porrige quidquid erit; nam si distendere vellet
et vexare uterum pueris salientibus, esses
Aethiopis fortasse pater, mox decolor heres
impleret tabulas numquam tibi mane videndus.
transeo suppositos et gaudia votaque saepe
ad spurcos decepta lacus atque inde petitos
pontifices, salios Scaurorum nomina falso
corpore laturos. stat Fortuna inproba noctu

584 oris pressi sonus vel labiorum in se collisorum strepitus. qua laetitia praedicere mala adsolet, vitare vota. 585 nam ille Phryx, inquit, qui Romae moratur. sunt enim ob hoc qui ab ipsa Phrygia exhibiti sunt. 587 condi fulgura dicuntur, quotienscumque pontifex dispersos ignes in unum redigit et quadam tacita prece locum figurata tumuli aggestione consecratum it. Lucanus [1, 607] 'et tacito cum murmure condit datque locis nomen'. 590 in spina. hoc ideo quia illic pauperes sortes accipiunt. 592 tamen haec non solum partus periculum, sed etiam educationis subeunt laborem.

594 vix est, inquit, ut puerperium sustineat dives mulier. nam sterilitatis aut abortus poculum sumit ab obstetrice. aut maleficia. puerpera dicitur puella quae primitus parit. 601 id est erit tibi heres talis, quem inter diem numquam vis tibi ostendi. 603 illuc nam deferebantur expositi partus atque ibi proiciebantur.

604 id est frequenter inde collecti infantes et suppositi ma-

585 dabunt *P* uel dabit *p* inde *P* (*superscriptum* a phrigia) ω Indus ς Indi *Ribbeckius* 589 armum *Maduicus. aureum capillum poeta dicit* 592 Haec *P* c *fortasse suppuncta* 593 Nutrices *p* 603 lacus atque *p*ω lacusa** *P* lacus saepe ς petitos] os *aut saltem* s *ex corr. P* 604 alios *Ppr.*

adridens nudis infantibus, hos fovet omni
involvitque sinu, domibus tunc porrigit altis
secretumque sibi mimum parat; hos amat, his se
ingerit utque suos semper producit alumnos.
hic magicos adfert cantus, hic Thessala vendit
philtra, quibus valeat mentem vexare mariti
et solea pulsare natis. quod desipis, inde est,
inde animi caligo et magna oblivio rerum
quas modo gessisti. tamen hoc tolerabile, si non
et furere incipias ut avunculus ille Neronis,
cui totam tremuli frontem Caesonia pulli
infudit; quae non faciet quod principis uxor?
ardebant cuncta et fracta conpage ruebant,
non aliter quam si fecisset Iuno maritum
insanum. minus ergo nocens erit Agrippinae
boletus, siquidem unius praecordia pressit
ille senis tremulumque caput descendere iussit
in caelum et longa manantia labra saliva.
haec poscit ferrum atque ignes, haec potio torquet,
haec lacerat mixtos equitum cum sanguine patres.

tronis ad imperium et alias potestates pervenerunt. 606 fovet. favens Fortuna mutare. 609 producit. tamquam suos tuetur.

610 Thessala vendit. dicticos. nescit qui alter qui cantus magicos novit quos matronis superstitiosis vendat. 612 ἀποστροφὴ ad maritum. 614 'tamen hoc tolerabile, si non semper aquam portes rimosa ad dolia, semper istud onus subeas ipsis manantibus urnis, quo rabidus nostro Phalarim de rege dedisti. sed hi tres versiculi in multis non sunt codicibus. quos in antiquissimo legimus codice et Probus etiam refert' *Valla.* 615 Caligulam significat Caesarem, quem adeo medicatis potionibus uxor Caesonia in amorem suum deduxit, ut de nimia inpatientia furens saepe eam nudam amicis ostenderet. 616 pulli. modo scilicet nati equini, cui in fronte pilleum vel pellicula erepta praestat amorem. ut Vergilius [*Aen.* 4, 515] 'quaeritur et nascentis equi de fronte revulsus et matri praereptus amor'. 619 in multos saeviebat unius imperatoris insania, ut si per Iovis insaniam totus mundus agitetur.

620 exemplum de Agrippina, quae principem Claudium maritum suum veneno necavit, ut filio suo Neroni conferret imperium.

623 ridens pro ad inferos. apotheosin deridet. 625 id est

606 nudis *ex* nullis *P* hos] s *ex corr. P* omnes *p* ulnis *Marklandus* 612 desidis *Ppr.* 615 auunculis *Ppr.* 620 erat *Iahnius*

tanti partus equae, tanti una venefica constat.
  oderunt natos de paelice; nemo repugnet,
nemo vetet, iam iam privignum occidere fas est.
vos ego, pupilli, moneo, quibus amplior est res,
custodite animas et nulli credite mensae,
livida materno fervent adipata veneno.
mordeat ante aliquis quidquid porrexerit illa
quae peperit, timidus praegustet pocula papas.
fingimus haec altum satura sumente cothurnum
scilicet, et finem egressi legemque priorum
grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu,
montibus ignotum Rutulis caeloque Latino?
nos utinam vani. sed clamat Pontia 'feci,
confiteor, puerisque meis aconita paravi,
quae deprensa patent; facinus tamen ipsa peregi'.
tune duos una, saevissima vipera, cena?
tune duos? 'septem, si septem forte fuissent.'
credamus tragicis quidquid de Colchide torva
dicitur et Progne, nil contra conor. et illae
grandia monstra suis audebant temporibus, sed
non propter nummos; minor admiratio summis
debetur monstris. quotiens facit ira nocentes

omnes ordines sine distinctione occisos. 626 hippomanes.

629 si alienos oderunt filios, ferendum est. hoc videris quid sit, quod et suis infestae sunt filiis atque eos venenis perimunt volentes ipsae hereditati succedere. 631 dulcia, placenta veneno plena. 632 'mordeat — pappas. hi duo, inquit Probus, versiculi in aliis non sunt' *Valla.* 634 *ἀνθυποφορά.* dices forte, quod de proposita re egressus sum, id est saturam dimisi et ad tragoediam me contuli, et fingo dicta. sed Pontia non negat se fecisse. 638 Pontia Publi Petroni filia, quem Nero convictum in crimine coniurationis damnavit, defuncto marito filios suos veneno necasse convicta cum largis se epulis onerasset et vino, venis incisis saltans, quo maxime studio oblectabatur, extincta est. 640 quae agnita videntur, ego feci. 643 quidquid de Medea dicunt.

644 Progne quae filium suum occidit propter sororem a marito stupratam. 647 neque enim eas admirari convenit super

629 ego *p*: equo *ut uidetur P* 632 633 *in principio paginae om. P add. p damnarat Iahnius* 640 *del. Iahnius, item* 646 minor — 647 monstris 641 cena *totum in litura P* 643 tragicis *P* uel magicis *margo* 647 nocentem *pω*

hunc sexum, rabie iecur incendente feruntur
praecipites ut saxa iugis abrupta, quibus mons
subtrahitur clivoque latus pendente recedit:
illam ego non tulerim, quae conputat et scelus ingens
sana facit. spectant subeuntem fata mariti
Alcestim, et similis si permutatio detur,
morte viri cupiant animam servare catellae.
occurrent multae tibi Belides atque Eriphylae
mane, Clytaemestram nullus non vicus habebit.
hoc tantum refert, quod Tyndaris illa bipennem
insulsam et fatuam dextra laevaque tenebat,
at nunc res agitur tenui pulmone rubetae —
sed tamen et ferro, si praegustabit Atrides
Pontica ter victi cautus medicamina regis.

talibus factis, quae causas prope iustas habuere peccandi. 649 id est sexus femininus zelandi causa omnia audet facere. [*Verg. Aen.* 5, 5] 'duri magno sed amore dolores polluto, notumque furens q. f. p.' quibus mons. Virgil. [*Aen.* 6, 42] 'excisum Euboicae latus ingens'. 651 quae propter avaritiam peccat, ut Eriphyle, quam dicunt sollicitatam donis maritum coegisse ire ad bellum, et mortuus est. 653 id est in theatro spectant parapallium Alcestin pro suo marito morientem. quibus si detur similis condicio de vita mariti aut catuli, catellum magis eligunt. 655 Danaides quae pro patre suo maritos occiderunt. Eriphyle uxor Eurypyli filii Telephi. qui Telephus cum venisset ad auxilium Priamo, plagatus est ab Achille et cum non posset curari, sortitus est ab Achille se solo posse curari. venit supplex, petit se curari. promisso hoc ut numquam iam auxilium ferat Troianis nec ipse nec de suis aliquis, curatus est, recessit. post mortem huius filius suus Eurypylus vir fortis fuit. hunc saepius ad auxilium petit Priamus. ille negavit monitus scilicet a patre suo. ergo cum non posset aliter Priamus eum sollicitare, fecit vitem ex auro et misit ad uxorem eius Eriphylen. haec accepto munere tanto marito persuasit. venit in Troia auxilium ferens. hunc occidit Pyrrhus filius Achillis.

659 ranae cuius viscera venenosa sunt. 660 aliquotiens gladio, si iam manducaverit maritus quod veneno obsit. 661 Mithridatem dicit, quem Lucullus et Sulla et Pompeius vicerunt.

648 rabiem *Ppr.* inpendere *P corr. p* 652 et *ante* fata *erasum P* 656 clytemestram *P* clitemestram ω 659 Ad *P* Et *p* 660 praegustabit *P et in lemmate S*: praegustarit *interpretatur S* praegustaret *p*ω 661 *subscriptum in P* iuni iuuenalis saturarum liber II explicit | incipit liber tertius feliciter

LIBER TERTIVS

SATVRA VII

Et spes et ratio studiorum in Caesare tantum.
solus enim tristes hac tempestate Camenas
respexit, cum iam celebres notique poetae
balneolum Gabiis, Romae conducere furnos
temptarent, nec foedum alii nec turpe putarent
praecones fieri, cum desertis Aganippes
vallibus esuriens migraret in atria Clio.
nam si Pieria quadrans tibi nullus in umbra
ostendatur, ames nomen victumque Machaerae
et vendas potius, commissa quod auctio vendit
stantibus, oenophorum tripedes armaria cistas
Alcitheon Pacci, Thebas et Terea Fausti.
hoc satius quam si dicas sub iudice 'vidi'
quod non vidisti, faciant equites Asiani
quamquam et Cappadoces faciant equitesque Bithyni,
altera quos nudo traducit gallica talo.

ideo ter victi. Mithridates nam tale sibi fecit medicamentum, ut non posset aliquando veneno perire.

VII 1 de sterilitate studiorum loquitur. talis est autem sensus. poeticae artis perisset industria, nisi propter egestatem in studia diversa tendentibus Caesaris subvenisset humanitas. 4 in alio Gabiis. ut mediastrinus fieret. 6 Aganippes. locus in Boeotia Musis sacer. Callimachus tamen dicit fontem esse Permesi fluminis.

7 id est ostiarius vel custos atriensis. 8 Pieria locus sub radicibus Olympi montis, cui Pierus poeta nomen dedit, qui primus sacrificasse Musis dicitur. unde et Pierides dictae. 12 Alcitheon p. h. nomina fabularum aut malorum poetarum, qui has fabulas scripserunt. 14 equites Romani ex Graecis facti. 15 equitesque Bitini. falsum testimonium dicant. 16 gallica talo. id

VII de sterilitate studiorum *praescriptum habet P* 3 noti celebresque ω 4 gabiis *ex* gabis *P* (*superscr.* apud gabis ciuitatem) fornos *P corr. in* furnos 5 fedum *in litura totum P* 8 umbra *P deinde expunctum, adscriptum* uel arca 9 amens *Ppr.* uicumque *P*, i *in rasura ex* t? uel uictumq. *margo* 11 tripodes ω

12 Alcitheon *P*: uel Alchinoen *margo* Alcithoen *uel* Alchionem ς pacci *P*: parci *fecit p et extinxit, tum* bachi *integra relicta sola* a

15 *delebat Pinzgerus*. bitini *cum* asiani 14 *locum permutare uoluit Hermannus*, *malo* faciantque equites b. 16 gallia *p*ω

nemo tamen studiis indignum ferre laborem
cogetur posthac, nectit quicumque canoris
eloquium vocale modis laurumque momordit.
hoc agite, o iuvenes. circumspicit et stimulat vos
materiamque sibi ducis indulgentia quaerit.
siqua aliunde putas rerum spectanda tuarum
praesidia atque ideo croceae membrana tabellae
implentur, lignorum aliquid posce ocius et quae
componis, dona Veneris, Telesine, marito,
aut clude et positos tinea pertunde libellos.
frange miser calamum vigilataque proelia dele,
qui facis in parva sublimia carmina cella,
ut dignus venias hederis et imagine macra.
spes nulla ulterior; didicit iam dives avarus
tantum admirari, tantum laudare disertos,
ut pueri Iunonis avem. sed defluit aetas
et pelagi patiens et cassidis atque ligonis.
taedia tunc subeunt animos, tunc seque suamque
Terpsichoren odit facunda et nuda senectus.
  accipe nunc artes. ne quid tibi conferat iste
quem colis et Musarum et Apollinis aede relicta,
ipse facit versus, atque uni cedit Homero

est Gallograeci qui nudis ambulant pedibus ac per hoc abiecti, Galatae. 21 occasionem qua prosit poetis. 22 si aliunde magis praesidium speras per carmina quam a principe, incende libros tuos. 23 membrana implentur, quae croceam tabellam habebant. id est paginae multae. videtur quod quae in tabulis scripta sunt, in croceam dicat transferri membranam. 27 utrum quae tu pugnans cum animo scripseris, an ea quae de pugna conscribis?

29 corpore exilis. propter vigilias. quia poetae sic pinguntur quasi ad summam maciem a nimio labore confecti. 32 pavonem. ne omitte, inquit, Martem sectari, dum aetas opitulatur. 35 ac per hoc et poema suum. 36 audi fraudes. 38 dinumerato tempore fortasse usque ad aetatem suam poeta dixit mille annos fluxisse ex tempore Homeri. fuit autem Homerus annis ante urbem

17 Nemo] N *solito maior in P ut nouae partis initium putes, et inscriptum margini rursus est* de sterilitate studiorum 18 Cogitur *Ppr.* canores *Ppr.* 20 o *om. P add. p* uos *P*: *adscriptum* uel nos 22 expectanda *ω* 23 crocea *Ppr.* 24 Impletur *pω*
27 calamum *P*: calamos *pω* 35 facundae inunda *P corr. p*
38 Ipsa *P* Ipse *p*

promisitque diem; tanta dulcedine captos
adficit ille animos tantaque libidine volgi
auditur; sed cum fregit subsellia versu,
esurit, intactam Paridi nisi vendit Agauen.
ille et militiae multis largitur honorem,
semenstri digitos vatum circumligat auro.
quod non dant proceres, dabit histrio. tu Camerinos
et Baream, tu nobilium magna atria curas?
praefectos Pelopea facit, Philomela tribunos.
haut tamen invideas vati quem pulpita pascunt.
quis tibi Maecenas, quis nunc erit aut Proculeius
aut Fabius? quis Cotta iterum, quis Lentulus alter?
tunc par ingenio pretium, tunc utile multis
pallere et vinum toto nescire decembri.
  vester porro labor fecundior, historiarum
scriptores? perit hic plus temporis atque olei plus.
nullo quippe modo millensima pagina surgit
omnibus et crescit multa damnosa papyro;
sic ingens rerum numerus iubet atque operum lex.
quae tamen inde seges? terrae quis fructus apertae?
quis dabit historico quantum daret acta legenti?
  'sed genus ignavum, quod lecto gaudet et umbra.'

quia libenter audiebat. est et poema ipsum delectabile, et ipse dicitur bonam vocem habuisse. 87 id est post tantum favorem nisi cantionem inauditam pantomimo vendidisset, non habebat unde se sustentaret. salarium enim ob nimiam paupertatem ab eodem consequebatur. 89 equitum de numero. anulo. 'quidam semestre aurum sex mensium annonam pecuniariam volunt intelligi' *Valla*. 91 nobiles illius temporis. 92 Neronem significat, qui scaenicis ob turpem libidinem haec petentibus praestabat. propter hunc versum missus est in exilio a Claudio Nerone. 97 quo mense scilicet solet maxime lucubrari. 98 transit ad historicos. ironia. 103 metaphoricos. id est quid inde lucri habetis, qui scribitis historias? 104 quantum datur exceptori. 105 historicorum fingamus genus ignavum, quia in uno loco sedere

87 agauem *P* 88 largitus ς 89 Semen strigidos *P corr. p* uel Semenstri uatum digitos et cet. *margo P.* Semenstri *cum prioribus copulat Mommsenus*, Semenstris *fortasse legit uitae Iuu. auctor* uastum *P sed erasa* s auro *p*: •aero *P* 92 philomella *P*, omel *in litura, haec* l *expuncta* 93 inuidia sua *P pr. quod restat* ti *in litura est* 96 Tum *Ppr.* 99 petit *pω* (*supra* hic *in P scriptum* historicus) 100 *sic P*: uel ita. Namq. oblita modi *margo*
post 104 *quaedam intercidisse uidebantur Iahnio*

dic igitur quid causidicis civilia praestent
officia et magno comites in fasce libelli.
ipsi magna sonant, sed tum cum creditor audit
praecipue, vel si tetigit latus acrior illo
qui venit ad dubium grandi cum codice nomen.
tunc inmensa cavi spirant mendacia folles
conspuiturque sinus: veram deprendere messem
si libet, hinc centum patrimonia causidicorum,
parte alia solum russati pone Lacertae.
consedere duces, surgis tu pallidus Aiax
dicturus dubia pro libertate bubulco
iudice. rumpe miser tensum iecur, ut tibi lasso
figantur virides, scalarum gloria, palmae.
quod vocis pretium? siccus petasunculus et vas
pelamydum aut veteres, Maurorum epimenia, bulbi
aut vinum Tiberi devectum, quinque lagonae.
si quater egisti, si contigit aureus unus,
inde cadunt partes ex foedere pragmaticorum.
Aemilio dabitur quantum licet, et melius nos

desiderat: videamus quid consequuntur advocati. 107 breves significat. 108 id est scilicet, quod divites se esse dicant praesentibus creditoribus suis. 110 cautionem habens multorum temporum. ideo et dubium nomen dicit. et tetigit latus exacturus, acrior illo creditore. argentarium significat, qui instantius debitum petit, si ei debitor coeperit esse suspectus. 112 propter fascinum verborum. ter sibi in sinus spuunt et videntur fascinum arcere. ut Persius [2, 31] de matertera. a loquendo multum spuunt. 114 Lacerne. nomen aurigae abiecti ex colore. 115 Aiacem pro recitaturo posuit advocato. 118 ad instar gladiatoriae victoriae. scalae sunt armariola advocatorum. vel ut quidam, casae et stationes. Cicero in Corneliana 'conrepsit' inquit 'in scalas'. armaria nam advocatorum apud veteres scalas habebat. 120 vocabulum piscium salsorum. graece dicitur epimenia. nam latine menstrua dicuntur dantium. 121 non transmarinum. id est cibarium. 122 id est in quattuor actionibus unum solidum. 123 iurisperitorum qui negotiales causas agunt.
124 Aemilio dabitur. qui hoc pacto quintas acciperet in pretio.

109 *damnabat Iahnius* accrior *p ex* achrior *ut uisum est*
110 Quid *Ppr.* 112 ueram *P*: uel uerum *margo* 114 lacertae *pω*: lacernae *P* 115 surgis] gis *p in ras.* 120 maurorum *P*: uel afrorum *margo* 122 contingit *Ppr.* 124 quanti *Iahnius*
licet *P*: uel quantum petet *margo* (*ubi* petet *tamen correctum ex* licet *aut* libet)

egimus. huius enim stat currus aeneus, alti
quadriiuges in vestibulis, atque ipse feroci
bellatore sedens curvatum hastile minatur
eminus et statua meditatur proelia lusca.
sic Pedo conturbat, Matho deficit, exitus hic est
Tongilii, magno cum rhinocerote lavari
qui solet et vexat lutulenta balnea turba
perque forum iuvenes longo premit assere Maedos
empturus pueros argentum murrina villas;
spondet enim Tyrio stlattaria purpura filo.
et tamen est illis hoc utile. purpura vendit
causidicum, vendunt amethystina; convenit illi
et strepitu et facie maioris vivere census,
sed finem inpensae non servat prodiga Roma.
fidimus eloquio? Ciceroni nemo ducentos
nunc dederit nummos, nisi fulserit anulus ingens.
respicit haec primum qui litigat, an tibi servi
octo, decem comites, an post te sella, togati
ante pedes. ideo conducta Paulus agebat
sardonyche, atque ideo pluris quam Gallus agebat,
quam Basilus. rara in tenui facundia panno.
quando licet Basilo flentem producere matrem?
quis bene dicentem Basilum ferat? accipiat te
Gallia vel potius nutricula causidicorum
Africa, si placuit mercedem ponere linguae.
  declamare doces? o ferrea pectora Vetti,
cum perimit saevos classis numerosa tyrannos.
nam quaecumque sedens modo legerat, haec eadem stans
perferet atque eadem cantabit versibus isdem;
occidit miseros crambe repetita magistros.

128 lusca. cuius oculus introrsus cedit. 134 'stlataria. Probus exponit illecebrosa. Ennius et melior navis quam quae stlataria portat' i. multisonalis quae dicitur vulgo batalaria' *Valla*.

154 'proverbium teste Probo δὶς κράμβη θάνατος omnibus

128 statuam *Ppr.* 129 pedo *totum in litura P* 130 Tongilii *Iahnius*: Tongil• *P* Tongilli *pω* 136 illi *P scheda Arouiensis florilegium Sangallense*: illis *pω* 139 Fidimus eloquio *adpunctum in P*, Vt redeant ueteres *in margine scriptum* (*ita ω*) *cf. Martialis XI 5, 5* 142 post te *P*: posita *margo* 145 basilus] lus r *in litura p*, r *ex* l, *non fuit* clara (*superscriptum* parua) 146 producere *P*: *adscriptum* uel deducere 149 inponere *pω cf.* VIII 246 151 Cui *Iahnius* 153 cantauit *P* hisdem *p* idem *Iahnius* 154 crambre *P* cambre *p* (*superscr.* nomen fabulae nobis incognitae)

quis color et quod sit causae genus atque ubi summa
quaestio, quae veniant diversae forte sagittae,
nosse volunt omnes, mercedem solvere nemo.
'mercedem appellas? quid enim scio?' 'culpa docentis
scilicet arguitur, quod laevae parte mamillae
nil salit Arcadico iuveni, cuius mihi sexta
quaque die miserum dirus caput Hannibal inplet,
quidquid id est de quo deliberat, an petat urbem
a Cannis, an post nimbos et fulmina cautus
circumagat madidas a tempestate cohortes.
quantum vis stipulare et protinus accipe, quid do
ut totiens illum pater audiat?' haec alii sex
vel plures uno conclamant ore sophistae
et veras agitant lites raptore relicto;
fusa venena silent, malus ingratusque maritus,
et quae iam veteres sanant mortaria caecos.
ergo sibi dabit ipse rudem, si nostra movebunt
consilia, et vitae diversum iter ingredietur,
ad pugnam qui rhetorica descendit ab umbra,
summula ne pereat qua vilis tessera venit
frumenti. quippe haec merces lautissima. tempta,
Chrysogonus quanti doceat vel Polio quanti
lautorum pueros: artem scindes Theodori.
balnea sescentis et pluris porticus in qua

tritum' *Valla*. 160 asino ac per hoc stulto, hebeti. 163 cum a tertio lapide ab urbe castris positis fulmine territus est quod propius accederet. 168 id est cum mercedes reposcunt. alii exponunt, transeundo ad causam veram relictis controversiis scholasticis. 169 themata quae in auditoriis recitantur deliberativarum et controversiarum. themata huiusmodi sunt controversiarum: si uxor venenum triverit, maritus recipiat oculos. 174 summa via. ne annonam perdat. summola medium significat gradilis panis. 175 temptat Chr. q. per diversos vadunt magistros. ubi vilius possint studere temptant. 177 scindens. dividens.

156 diuersae] e *ultima expuncta in P, in margine scriptum* uel diuersa a parte 157 uelunt *P corr. p* 158 scit *Christensenus* 159 leue *P* leua *p* leua in *ω* 162 quo liberat *P corr. p* 165 accipere *P expunctis* re quid *P Priscianus GLK. II p. 387 et III p. 275*: quod *p* 166 haec *P expunctum,* ast *margo* 174 Summula *in margine* Summauia *in uersu P* uenit] nit *in rasura P* 175 temptat *Ppr.* 177 scindes *Iahnius*: scindens *PSω* 178 quam *Ppr.*

gestetur dominus quotiens pluit — anne serenum
expectet spargatque luto iumenta recenti?
hic potius, namque hic mundae nitet ungula mulae,
parte alia longis Numidarum fulta columnis
surgat et algentem rapiat cenatio solem.
quanticumque domus, veniet qui fercula docte
conponat, veniet qui pulmentaria condit.
hos inter sumptus sestertia Quintiliano,
ut multum, duo sufficient; res nulla minoris
constabit patri quam filius. 'unde igitur tot
Quintilianus habet saltus?' exempla novorum
fatorum transi: felix et pulcer et acer,
felix et sapiens et nobilis et generosus,
adpositam nigrae lunam subtexit alutae;
felix orator quoque maximus et iaculator,
et si perfrixit, cantat bene. distat enim quae
sidera te excipiant modo primos incipientem
edere vagitus et adhuc a matre rubentem.
si Fortuna volet, fies de rhetore consul;
si volet haec eadem, fiet de consule rhetor.
Ventidius quid enim? quid Tullius? anne aliud quam
sidus et occulti miranda potentia fati?
servis regna dabunt, captivis fata triumphum.
felix ille tamen corvo quoque rarior albo.
paenituit multos vanae sterilisque cathedrae,
sicut Lysimachi probat exitus atque Secundi

181 hic potius. in porticu. 183 id est solaria in superioribus hiemalia. 184 id est structor aut cocus. 188 ἀνθυποφορά· unde tantum possidet Quintilianus, si parum accepit? contingit ut unus sit fato felix orator. 192 patricius senator est. hac lunula nam adsuta calceis discernuntur patricii a noviciis.

194 perfrixit. infrigdatus fuit. 199 Ventidius ex mulione Caesaris dictatoris praetor fuit, ut Tullius in epistolis [10, 18, 3] et in Philippicis loquitur. opitulante Antonio ab Augusto usque eo provectus est, ut illi crederetur Parthicum bellum. is captivus in urbem perductus postea triumphavit. 201 Servium Tullium et Ventidium significat. 204 sicut t. s. p. rhetoris apud Athe-

179 serenu *Ppr.* 180 tumentia *Ppr.* 184 domus] s *ex corr. P* 185 Componit ς condiat *Lachmannus* 192 *damnarat Iahnius* alutes *Ppr.* 194 perfri∗xit *P erasa* n 197 fies] s *ex* t *P*

198 fiet *P*: fies *p*ω 201 *superscriptum in P* uel triumphos. *sic* ω 204 Sicut lisimachi *nunc P*, cut li *in litura p*: *P satis cer-*

Carrinatis; et hunc inopem vidistis, Athenae,
nil praeter gelidas ausae conferre cicutas.
di, maiorum umbris tenuem et sine pondere terram
spirantisque crocos et in urna perpetuum ver,
qui praeceptorem sancti voluere parentis
esse loco. metuens virgae iam grandis Achilles
cantabat patriis in montibus et cui non tunc
eliceret risum citharoedi cauda magistri,
sed Rufum atque alios caedit sua quemque iuventus,
Rufum, quem totiens Ciceronem Allobroga dixit.
  quis gremio Celadi doctique Palaemonis adfert
quantum grammaticus meruit labor? et tamen ex hoc
quodcumque est, minus est autem quam rhetoris aera,
discipuli custos praemordet acoenonoetus,
et qui dispensat, frangit sibi. cede, Palaemon,
et patere inde aliquid decrescere, non aliter quam
institor hibernae tegetis niveique cadurci,
dummodo non pereat mediae quod noctis ab hora
sedisti, qua nemo faber, qua nemo sederet

nas qui suspendio perit. 205 sicut Socrates veneno perit, cum fugeret paupertatem. 208 notandum quia masculino genere dicit crocum. Virgilius [*g.* 4, 182] ‘crocumque rubentem’. Salustius dicit neutro ‘in qua crocum gignitur’. 210 id est Chironem timebat Achilles. 214 Rufum. qui Gallus fuit et valde disertus.

216 non igitur, inquit, tantum mercedis consecuntur grammatici, quantum labor eorum exposcit. 218 eunuchus paedagogus. aut communi carens sensu. 219 et qui erogat, de eadem sorte tollit sibi. 221 negotiator qui pro qualitate temporis mercem suam distrahit. sic Terentius [*Phorm.* 79] ‘scisti uti foro’.

cadurcum quidam cucullum dicunt candidum propter hiemes et nives comparatum. alii tabernaculum aut tentorium dix. esse, quibus merces suas protegere consuerunt. 223 faber ferrarius.

tum est habuisse **ysi- (*non tale* tisimachi), *habuit fortasse* tlysi-. *in* ω *transcriptum est* lisimachi *aut* thresimachi. *hinc* Thrasymachi *uolgo* (Tharsym- *Ritschelius*) 208 Spirandis *P* Spirantes *p* 211 tunc] uel nunc *margo P* *post* 211 *repetitus in P est uersus* 196 *sed deletus* 214 quem *P*: qui *p*ω 215 enceladi *p* 217 autem *add. p*ω *om. P probabilius opinor* munus, minus est quam rhetoris aecra *Ppr.* 218 acoenonetus (ἀκοινώνητος) *glossaria* (*ut Hildebrandi p. 3 Goetzi IV p. 303*) *Grangaeus* 219 frangit *ex* frangat *P* franget ς palemon *ex* palemum? *P. fortasse* Palaemo 222 oram *P sed* m *expuncta* 223 sederet *P*: uel sedebit *margo*

SATVRA VIII

Stemmata quid faciunt, quid prodest, Pontice, longo
sanguine censeri, pictos ostendere vultus
maiorum et stantis in curribus Aemilianos
et Curios iam dimidios umerosque minorem
Corvinum et Galbam auriculis nasoque carentem,
quis fructus generis tabula iactare capaci
Corvinum, posthac multa contingere virga
fumosos equitum cum dictatore magistros,
si coram Lepidis male vivitur? effigies quo
tot bellatorum, si luditur alea pernox
ante Numantinos, si dormire incipis ortu
luciferi quo signa duces et castra movebant?
cur Allobrogicis et magna gaudeat ara
natus in Herculeo Fabius lare, si cupidus, si
vanus et Euganea quantumvis mollior agna,
si tenerum attritus Catinensi pumice lumbum
squalentis traducit avos emptorque veneni
frangenda miseram funestat imagine gentem?
tota licet veteres exornent undique cerae
atria, nobilitas sola est atque unica virtus.
Paulus vel Cossus vel Drusus moribus esto,
hos ante effigies maiorum pone tuorum,

VIII 1 in eos qui maiorum suorum nobilitate confisi nimis se iactitant, cum ipsi nihil suae virtutis ostendant. 5 vetustate picturae ita effectum. aut quia breviorem nasum habuit. 6 imagine perpetua. 7 multis fascibus. dignitate. 9 ante imagines Lepidorum. 12 Scipiones ab ortu quoque surgere.
13 magna ara. ad Herculem dicitur Romae iuxta circum.
15 Tarentina Calabra. aut Veneta. 16 Catina oppidum Siciliae usque ad probra dissolutum notatur. ut et Bibaculus 'Osce senex Catinaeque puer, Cumana meretrix'. 17 emptorque veneni.

VIII *inscriptio in P* de claritate (*superscriptum* sterilitate) natalium 1 longo] ngo *deficiente spatio om. P add. p* 2 uultus *sufficiente spatio om. P add. p* 4 umerosque *P*: uel nasumq. *margo* [illegible] 5 Coruini *p* 7 *om.* ω *damnarat Iahnius* Fabricium ς posse [illegible]*fius* 8 Famosos *p* 11 ortu] s *superaddidit p* 14 lare] [illegible]*ra capaciore P* 16 attritis *Ppr.* lumbũ *ex* lumbus *P* [illegible]aducit *P, superscriptum* uel producit 18 Frangendam *Ppr.* [illegible]ota licet *p*: Tot licet ** *P* 21 Palus *Ppr.*

praecedant ipsas illi te consule virgas.
prima mihi debes animi bona. sanctus haberi
iustitiaeque tenax factis dictisque mereris?
agnosco procerem; salve Gaetulice, seu tu
Silanus, quocumque alio de sanguine, rarus
civis et egregius patriae contingis ovanti;
exclamare libet, populus quod clamat Osiri
invento. quis enim generosum dixerit hunc qui
indignus genere et praeclaro nomine tantum
insignis? nanum cuiusdam Atlanta vocamus,
Aethiopem Cycnum, pravam extortamque puellam
Europen; canibus pigris scabieque vetusta
levibus et siccae lambentibus ora lucernae
nomen erit pardus tigris leo, si quid adhuc est
quod fremat in terris violentius; ergo cavebis
et metues ne tu sic Creticus aut Camerinus.
his ego quem monui? tecum est mihi sermo, Rubelli
Blande. tumes alto Drusorum stemmate, tamquam
feceris ipse aliquid propter quod nobilis esses,
ut te conciperet quae sanguine fulget Iuli,
(non quae ventoso conducta sub aggere texit.)
'vos humiles' inquis 'volgi pars ultima nostri,
quorum nemo queat patriam monstrare parentis,
ast ego Cecropides'. vivas et originis huius
gaudia longa feras. tamen ima plebe Quiritem
facundum invenies, solet hic defendere causas

ἀπὸ κοινοῦ. 23 id est mores boni fasces. 29 Tibullus [1, 7, 29] de Osiri dixit 'primus aratra manu solerti fecit Osiris et teneram ferro sollicitavit humum, primus inexpertae commisit semina terrae pomaque non notis legit ab arboribus'. populus Aegypti invento Osiri dicit: εὑρήκαμεν συνχαίρομεν. 32 ut cum indignus sit, maioris alicuius eum nomine nuncupemus. ut si nanum gigantem vocemus κατὰ ἀντίφρασιν. 34 Europe. ut formosam. 38 hoc est ne sis tantum nominibus nobilis ac turpiter vivas. 40 quia Blandus Rubellius dicebatur superbus esse nobilitate generis tumidusque ferebatur. 43 pauper in castris natus. 44 hoc velut e persona alicuius nobilis loquitur poeta. 45 id est plebeius aut peregrinus. 48 tu nobilis tantum

33 prauam *P*, ra *in litura*: paruam ς 34 caueque *Ppr.* 38 sic *HIunius*: si *P* s *add. p ut opinor, etsi dubia littera est et adnotatum* solo crimine et non moribus, sis ω 39 quē *ex* quae *P* 40 Plaute *Lipsius* stemmate] *superscriptum* uel sanguine *in P* 44 inquis *ex* inquit *P*

nobilis indocti; veniet de plebe togata
qui iuris nodos et legum aenigmata solvat;
hic petit Euphraten iuvenis domitique Batavi
custodes aquilas armis industrius. at tu
nil nisi Cecropides, truncoque simillimus Hermae.
nullo quippe alio vincis discrimine quam quod
illi marmoreum caput est, tua vivit imago.
dic mihi, Teucrorum proles, animalia muta
quis generosa putet nisi fortia. nempe volucrem
sic laudamus equum, facili cui plurima palma
fervet et exultat rauco victoria circo;
nobilis hic, quocumque venit de gramine, cuius
clara fuga ante alios et primus in aequore pulvis.
sed venale pecus Coryphaei posteritas et
Hirpini, si rara iugo victoria sedit;
nil ibi maiorum respectus, gratia nulla
umbrarum; dominos pretiis mutare iubentur
exiguis, trito ducunt epiraedia collo
segnipedes dignique molam versare nepotes.
ergo ut miremur te, non tua, privum aliquid da,
quod possim titulis incidere praeter honores
quos illis damus ac dedimus, quibus omnia debes.
  haec satis ad iuvenem quem nobis fama superbum
tradit et inflatum plenumque Nerone propinquo;

et inperitus. nam de plebe, id est de humili familia eloquentes exeunt qui nobilium imperitorum causas defendunt. 51 hic p. id est nomen militiae dat. Vatavi. gens Galliarum. Lucanus [1, 431] 'Vatubique truces'. 52 curam cohortis sumit. 53 effigies aeneae aut marmoreae sine manibus, quales videmus in circo. hermas Athenienses ante ianuas pro religione positos habuere.

62 coryphaeorum, id est equorum, in Achaia prima nobilitas fuit. 63 in Sabinis Hirpinus mons est ubi optimi equi nascuntur. 66 ornamenta raedarum. aut plaustra. 67 molere in pistrino. 70 quos imitari debes. id est parentes tuos.

49 de plebe *P*: de gente *margo cf. Macrob. sat. VI 5, 15* 51 Hinc *Weidner* batavi *totum in litura P* 54 uincit *Ppr.* 55 est tua *in litura P* 57 uolucre *Ppr.* 60 germine '*sunt qui legant*' *Valla* 61 *in fine* cuius uel puluis *P tum* cuius *expunctum*, puluis *ω Seruius*: cursus *codex Monacensis* 62 cory*e* *P* corythe *p* 66 et trito *P sed* et *expunctum* 67 nepotes *P* nepotis *p* (*superscriptum* proprium pistoris) 68 priuum *Salmasius*: primum *Pω* 72 plerumque *P corr. p*

rarus enim ferme sensus communis in illa
fortuna. sed te censeri laude tuorum,
Pontice, noluerim sic ut nihil ipse futurae
laudis agas. miserum est aliorum incumbere famae,
ne conlapsa ruant subductis tecta columnis.
stratus humi palmes viduas desiderat ulmos.
esto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem
integer; ambiguae si quando citabere testis
incertaeque rei, Phalaris licet imperet ut sis
falsus et admoto dictet periuria tauro,
summum crede nefas, animam praeferre pudori
et propter vitam vivendi perdere causas.
dignus morte perit, cenet licet ostrea centum
Gaurana et Cosmi toto mergatur aeno.
expectata diu tandem provincia cum te
rectorem accipiat, pone irae frena modumque,
pone et avaritiae, miserere inopum sociorum —
ossa vides rerum vacuis exucta medullis —
respice quid moneant leges, quid curia mandet,
praemia quanta bonos maneant, quam fulmine iusto
et Capito et Numitor ruerint damnante senatu
piratae Cilicum. sed quid damnatio confert?
praeconem, Chaerippe, tuis circumspice pannis,
cum Pansa eripiat quidquid tibi Natta reliquit,

77 metaphora ab aedificio, quod columnae sustentant. 78 iterum metaphoram a vitibus fecit, quae ex arboribus pendent nec se possunt sustinere nisi fuerint adnexae. 81 qui tyrannus ferebatur tauro aeneo candenti homines includere. 85 sic habendus qui morte dignus est, quasi iam perierit, licet cottidie copiose vivat.

86 Cosmo. Cosmus luxuriosus fuit. qui solium in quod descendebat, multis diversorumque unguentorum odoribus miscebat.

habeat licet tripodas aeneas et ostrea a lacu Lucrino.

94 et Capito et Numitor. bene Capitonem et Tutorem nescio quem repetundarum damnatos a senatu piratas Cilicum poeta dixit. sive propter depraedationem iniustam, sive ut eos facinerosiores ostenderet qui piratas olim Cilicas expoliaverint. 96 sensus hic

74 censeri] cen *ex* gens* *p* 78 desiderat *P*: discinderet *in margine manus recentior* 80 ambigua est quando *P corr.* *p* 83 nefas animam praeferre *in litura totum P* 86 cosmi *ex* cosmo *P*

88 accipiet ω 90 regum *et* exusta *p* medullis *ex* medullas *P* 91 mandat *P corr.* ω 93 numitor *P*: *adscriptum* uel tutor *manu antiqua*, tutor ω 96 nata relinquid *P* natta reliquit *p*

iamque tace; furor est post omnia perdere naulum.
non idem gemitus olim neque vulnus erat par
damnorum sociis florentibus et modo victis.
plena domus tunc omnis, et ingens stabat acervus
nummorum, Spartana chlamys, conchylia Coa,
et cum Parrhasii tabulis signisque Myronis
Phidiacum vivebat ebur, nec non Polycliti
multus ubique labor, rarae sine Mentore mensae.
inde Dolabella atque hinc Antonius, inde
sacrilegus Verres referebant navibus altis
occulta spolia et plures de pace triumphos.
nunc sociis iuga pauca boum, grex parvus equarum,
et pater armenti capto eripietur agello,
ipsi deinde Lares, si quod spectabile signum,
si quis in aedicula deus unicus; haec etenim sunt
pro summis, nam sunt haec maxima. despicias tu
forsitan inbellis Rhodios unctamque Corinthon,

est: quid tibi prodest, Chaerippe, si damnatur iudex quem tu damnandum accusasti, cum illius successor plura ablaturus sit tibi? magis provide tibi praeconem et auctionem fac rerum tuarum quae superaverunt, ut in pecuniam totum conferas, ne et ipsos pannos tuos perdas qui remanserunt. nam nec accusatio tibi proderit et insuper naulum perdis. 98 non sic gemuerunt provinciae a Romanis afflictae spoliataeque iure bellorum, quando sunt victae, quomodo nunc sub iudicibus depraedatae. 102 pictorum fictorum sculptorum sunt nomina, qui apud veteres magni artifices fuerunt.

103 Phidias statuarius fuit. cum ἐκφωνήσει pronuntiandum. ut signa vivere videantur. 104 sine toreumate. 105 inde Dolabella. Antonius trium Antoniorum corruptus ille. Salustius 'qui orae maritimae qua Romanum esset imperium'. contrarius piratis. hi omnes socios et maxime Graecos Asiaticos ac Siculos fortunis omnibus spoliaverunt. cAntonius i. a Caesare accusatus.

106 qui Siciliam depraedatus est. 109 taurus aut admissarius. 113 ut ostenderet has civitates gymnasio, hoc est exer-

97 naulū *ex* na*lu *P* 104 Multos *Ppr.* rarę *in litura p* (*P fortasse ut S* ra. re) 105 *sic corrupte PꞶ nisi quod P* atque *ex* adque *et* *antonius *erasa* c *correxit* (*perperam ex eo enotatum erat* stinc, *unde* istinc *feceram*). atque hinc inde *temptaui* atque dehinc *Lachmannus* 107 plures] plu *in litura P* 109 eripietur *pꞶ*: eripiu** *P* (*potest fuisse* eripiunt, *itaque in margine adpositum est* eripietur) 110 Ipse *P* 111 112 *delebat Manso* haec ete- *in litura P* 112 iam *conieci* 113 unctamque] nct *in litura P, non fuit* uictam chorinto *P* -thon *p*

despicias merito; quid resinata iuventus
cruraque totius facient tibi levia gentis?
horrida vitanda est Hispania, Gallicus axis
Illyricumque latus; parce et messoribus illis
qui saturant urbem circo scaenaeque vacantem;
quanta autem inde feres tam dirae praemia culpae,
cum tenuis nuper Marius discinxerit Afros?
curandum in primis ne magna iniuria fiat
fortibus et miseris. tollas licet omne quod usquam est
auri atque argenti, scutum gladiumque relinques
et iaculum et galeam; spoliatis arma supersunt.
quod modo proposui, non est sententia: verum est,
credite me vobis folium recitare Sibyllae.
si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal
vendit acersecomes, si nullum in coniuge crimen,
nec per conventus et cuncta per oppida curvis
unguibus ire parat nummos raptura Celaeno,
tu licet a Pico numeres genus, altaque si te
nomina delectant, omnem Titanida pugnam
inter maiores ipsumque Promethea ponas,
de quocumque voles proavum tibi sumito libro.

citationi palaestrae deditas. 114 quia de resina sibi pilos tollebant ut cinaedi. 116 his vel his parce gentibus, ne pro iniuria rebellare eas facias. enumerando enim singulas gentes poeta demonstrat, quas administrator fur vitare debet. quia facile scilicet accusant repetundarum. subiungendo enim 'messoribus parcendum qui saturant urbem' Afros significat. 'tenues' autem dicendo vel 'discinxerit' hoc ostendit quod nuper eos Marius spoliaverit, de quo superius dixit [1, 49] 'exul ab octava Marius bibit et fruitur dis iratis'. 123 relinquas. quibus facillime possit repugnare.

125 nuda verba. in sententia nam solet interdum aliquid esse falsi. 128 ephebus intonsus. si non est puer pro quo sententia distrahatur. 131 hic sensus est. si, inquit, sis vir bonus, patiar ut falso licet, tamen ex quovis genere nobili tibi fingas originem aut numeres genus a Pico. [*Verg. Aen.* 7, 48] 'Fauno Picus pater'.

115 facient *P*: *adscriptum* uel faciet leuia *P*: uel libia *margo* 120 tenuis *P* tenues *p*, *superscriptum* uel tenuis *cum glossa* pauper 122 tollat *Ppr.* umquã *P* 123 relinquas *P* e *scripta supra* a, relinquens *p* 124 *delebat Lachmannus* iacula *p* sunt *P* sint *p* 125 est *post* uerum *om.* ω 131 Tũ *p* Tum *uel* Tunc ω 133 po*nas *P* (*fuit opinor* poenas): *adscriptum* uel pingas

quod si praecipitem rapit ambitio atque libido,
si frangis virgas sociorum in sanguine, si te
delectant hebetes lasso lictore secures,
incipit ipsorum contra te stare parentum
nobilitas claramque facem praeferre pudendis.
omne animi vitium tanto conspectius in se
crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.
quo mihi te solitum falsas signare tabellas
in templis quae fecit avus, statuamque parentis
ante triumphalem? quo, si nocturnus adulter
temporà Santonico velas adoperta cucullo?
praeter maiorum cineres atque ossa volucri
carpento rapitur pinguis Lateranus, et ipse,
ipse rotam adstringit sufflamine mulio consul,
nocte quidem, sed Luna videt, sed sidera testes
intendunt oculos. finitum tempus honoris
cum fuerit, clara Lateranus luce flagellum
sumet et occursum numquam trepidabit amici
iam senis ac virga prior annuet atque maniplos
solvet et infundet iumentis hordea lassis.
interea, dum lanatas robumque iuvencum

137 retunsae feriendo capita damnatorum. 139 hoc quod et Salustius [*Iug.* 85] dixit: 'maiorum gloria posteris quasi lumen est, neque bona neque mala in occulto patitur'. 141 pro persona crimen admissum culpatur. Salustius [*Cat.* 51] 'qui magno imperio praediti'. 145 si operis caput vadens ad turpia loca. cucullo de birro Gallico scilicet. nam apud Santonas oppidum Galliae conficiuntur. 147 Lateranus et ipse. luxuriosus quidam.

148 sufflamen vinculum ferreum quod inter radios mittitur, dum clivum descendere coeperit raeda, ne celerius rotae sequantur et animalia vexent. 150 cum ei fuerit successum in consulatu.

154 manuas faeni. avenae nam solet fessis animalibus infundi hordeum. 155 robumque i. robustum. rufum. unde Hercules

135 ambitio *P*: uel ambitus *margo* 139 puendis *Ppr.* 140 tanto *ex* tanta *P* 142 signa**bellas *P corr. p* 145 Tempora *P*: uel .t. im *sic margo* santonico *P* (*primo* Temporas ant-): *superscriptum* uel pannonico 147 lateranus *P deletum est*, damasippus *margo*

148 sufflamine mulio *reposui ex S* (*ad* 157) *florilegio Sangallensi grammatico GLK. VI p. 231, cf. mus. rhen. 41 p. 637 et 46 p. 289*: multo sufflamine *totum in litura P, superscripta glossa* exaggerat sicut agaso obiectione, *item in uersu* 157 sicut agaso 151 lateranus *P*: uel damasippus *margo* 152 nusquam *ω* 154 infundet] *glossa in P* sicut mulio 155 robumque *S florilegium*: rob *erasum in P* toruumque *pω*

more Numae caedit, Iovis ante altaria iurat
solam Eponam et facies olida ad praesepia pictas.
sed cum pervigiles placet instaurare popinas,
obvius adsiduo Syrophoenix unctus amomo
currit, Idymaeae Syrophoenix incola portae
hospitis adfectu dominum regemque salutat,
et cum venali Cyane succincta lagona.
defensor culpae dicet mihi 'fecimus et nos
haec iuvenes'. esto, desisti nempe nec ultra
fovisti errorem. breve sit quod turpiter audes,
quaedam cum prima resecentur crimina barba.
indulge veniam pueris: Lateranus ad illos
thermarum calices inscriptaque lintea vadit
maturus bello Armeniae Syriaeque tuendis
amnibus et Rheno atque Histro. praestare Neronem
securum valet haec aetas. mitte Ostia, Caesar,
mitte, sed in magna legatum quaere popina;
invenies aliquo cum percussore iacentem,
permixtum nautis et furibus ac fugitivis,
inter carnifices et fabros sandapilarum
et resupinati cessantia tympana galli.

robus dictus est. 157 quia mulio est qui consul fertur. Epona dea mulionum est. 159 unguento olens. 160 id est occurrit Damasippo tabernarius qui prope portam manet, tabernam volenti intrare. 162 nomen tabernariae. pro qualibet. scortum.
166 in prima aetate defini. 167 Lateranus ad illos. sive Damasippus. 168 hoc est pictis velis popinae succedit. aut linteis capsariciis tergiet. 170 Armeniam Tigris proluit, Euphrates Parthos, Hister Sarmatas et Ponto influit, Rhenus inter Alamanniam et Gallos Oceano influit. 172 παρὰ προσδοκίαν pro castris. 175 ubi nobilis inter sceleratos potat. si sandaliorum, sutores ac per hoc abiectae sortis homines. si Sardanapallos, infamis hominis nomen est. si sandapilarum, capulorum in quibus gladiatores mortui de amphitheatro eiciuntur. 176 ebrii. turpia

157 yponam *p* 159 adsiduo sirophoenix *P*, o si *in litura p*, o *fortasse ex* u unctus *P*, unc *in rasura*, *superscriptum* uel udus
160 *damnarat Iahnius* ydimeae *P* Petrae *Froehner* 162 cyane *P fortasse ex* cyanis 163 dicet *P puto*, dicit *correcturus erat sed* i *rursus extinxit p*, *non fuit* dicat 165 herrorem *Ppr.*
167 lateranus *in P expunctum*, *superscriptum* uel damasippus, *deinde* uel *deletum* 168 scriptaque *P* in *superadd. p* 175 sandapilarum] pilaru *in litura P* (*superscr.* feretrorum plebeiorum), sandaliorum *et* sardanapallos *S*

aequa ibi libertas, communia pocula, lectus
non alius cuiquam, nec mensa remotior ulli.
quid facias talem sortitus, Pontice, servum?
nempe in Lucanos aut Tusca ergastula mittas.
at vos, Troiugenae, vobis ignoscitis, et quae
turpia cerdoni, Volesos Brutumque decebunt.
quid si numquam adeo foedis adeoque pudendis
utimur exemplis, ut non peiora supersint?
consumptis opibus vocem, Damasippe, locasti
sipario, clamosum ageres ut Phasma Catulli.
Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,
iudice me dignus vera cruce. nec tamen ipsi
ignoscas populo; populi frons durior huius
qui sedet et spectat triscurria patriciorum,
planipedes audit Fabios, ridere potest qui
Mamercorum alapas. quanti sua funera vendant,
quid refert? vendunt nullo cogente Nerone,
nec dubitant celsi praetoris vendere ludis.
finge tamen gladios inde atque hinc pulpita poni,
quid satius? mortem sic quisquam exhorruit, ut sit

patientis. 179 qualis est Damasippus scilicet. 182 populari. passivo. graece dixit turpem vulgarem lucri cupidum. id est si pauper adulterium committit, crimen admisisse dicitur; si dives, iocosus dicitur. 183 id est quidquid imitati fuerimus, peius superest. 186 velum sub quo latent paradoxi cum in scaenam prodeunt, aut ostium mimi, aut quod appellant comicum. nomen est mimographi, et phasma nomen est fabulae. 187 hoc ideo quia in ipso mimo Laureolo figitur crux. unde vera cruce dignus est Lentulus, qui tanto detestabilior est, quanto melius gestum imitatus est scaenicum. hic Lentulus nobilis fuit et suscepit servi personam in agendo mimo, et deprehensus in falso cruci fixus est. 190 tris currus. dictum quia tris simul exeant quamvis aliud quaerentes. 191 planipedes. nobiles neaniscologus. 194 ignobilioris quam ipsi sunt. 196 non debet aliquis mortem sic

181 troiugenę *p*: troiucę *P* 182 cerdonis *Ppr.* uolsos rut*umque *P*, uolesos *aut* uolusos *correcturus p rursus deleuit*, brutumque *p* 183 Quod *P mutatum in* Quid 187 uel**iam**ne *P* uelox etiam bene *pω Priscianus p. 113* 192 funera *P*: *superscriptum* uel uulnera 194 *damnant Rupertius ac Mommsenus ephem. epigr. VII p. 396* celsi] *glossa in P* proprium (*scilicet nomen*) *cf. Stahlius mus. rhen. 48 p. 159* 195 pone *p* 196 si *P sed glossa superscripta* an sic

zelotypus Thymeles, stupidi collega Corinthi?
res haut mira tamen citharoedo principe mimus
nobilis. haec ultra quid erit nisi ludus? et illic
dedecus urbis habes, nec murmillonis in armis
nec clipeo Gracchum pugnantem aut falce supina —
damnat enim tales habitus, sed damnat et odit,
nec galea faciem abscondit, movet ecce tridentem,
postquam vibrata pendentia retia dextra
nequiquam effudit, nudum ad spectacula voltum
erigit et tota fugit agnoscendus harena.
credamus tunicae, de faucibus aurea cum se
porrigat et longo iactetur spira galero.
ergo ignominiam graviorem pertulit omni
vulnere cum Graccho iussus pugnare secutor.
 libera si dentur populo suffragia, quis tam
perditus ut dubitet Senecam praeferre Neroni?
cuius supplicio non debuit una parari
simia nec serpens unus nec culleus unus.
par Agamemnonidae crimen, sed causa facit rem

horrere, ut non in arena se locet, sed ut mimum agat. 198 non est turpe nobilem mimum agere, cum ipse imperator citharoedus sit et in scaena cantaverit. 199 nisi ut gladiatores sint nobiles. 200 mirmillo armaturae Gallicae nomen ex pisce inditum, cuius imago in galea fingitur. 201 per falcem supinam armatura Thracum intellegenda est, quibus proprium telum sica est.

203 indicatur armatura Gracchi spernentis armaturam secutoris.

207 credamus tunicae. de funiculis. de faucibus. quidam vestem gladiatoriam dicunt quam fibula pugnaturis mordet a faucibus. alii, qua Salii utuntur in sacris in modum organi utrimque decrescentibus virgulis purpureis. studium habebant qui munera edebant, ut extremas partes tunicae ad guttur ornarent, quo famam haberent. 208 pilleo quem habent retiarii. galerus est umero inpositus gladiatoris. huiusmodi aliquid, quo citius sparsum funem vel iactatam retiam colligat. 213 hoc ideo quia parricidis in culleo clausis ad poenam simia et serpentes iungi solebant. a Nerone autem mater occisa est et amita et uxor et Antonia Claudi

197 stupidis *sed erasa* s *P* 198 aut *Ppr.* mimus] imu *in litura P*, uel natus *margo* 202 sed *P*: et *p.* sed—abscondit *delebat Hermannus* 203 faciem *P*: *in margine erat* uel frontem *sed erasum est* *tridentẽ *P erasa* t (*male diuiserat scriba* et rid-) 204 bibrata *Ppr.* 205 effundit *Ppr.* 207 aurea *ad* tunicae *referunt alii*
208 iactetur***spira *P* 212 perferre *P corr.* ω

dissimilem. quippe ille deis auctoribus ultor
patris erat caesi media inter pocula, sed nec
Electrae iugulo se polluit aut Spartani
sanguine coniugii, nullis aconita propinquis
miscuit, in scaena numquam cantavit Orestes,
Troica non scripsit. quid enim Verginius armis
debuit ulcisci magis aut cum Vindice Galba,
quod Nero tam saeva crudaque tyrannide fecit?
haec opera atque hae sunt generosi principis artes,
gaudentis foedo peregrina ad pulpita cantu
prostitui Graiaeque apium meruisse coronae.
maiorum effigies habeant insignia vocis,
ante pedes Domiti longum tu pone Thyestae
syrma vel Antigonae personam vel Melanippae,
et de marmoreo citharam suspende colosso.
  quid, Catilina, tuis natalibus atque Cethegi
inveniet quisquam sublimius? arma tamen vos
nocturna et flammas domibus templisque paratis,
ut bracatorum pueri Senonumque minores,
ausi quod liceat tunica punire molesta.
sed vigilat consul vexillaque vestra coercet;

filia, quae illi pro harum morte nubere noluit. 217 apertius dixit quia et matrem et uxorem Octaviam eandemque sororem adoptivam et Britannicum fratrem adoptivum filium Claudi peremit.

218 Helenae vel Hermionae. 221 hoc ideo quia Nero Troados libros scripsit. unde et maxime insanivit, quia poeta fuit.

Virgilius a. unus de coniuratis, qui Neronem occiderunt.

226 quia apud Isthmios agones victores apio coronantur. nam Nero Isthmiaco certamine inter citharoedos certabat et apio, ut mos erat, coronatus est. 229 in his nam personis Nero saltavit. Menalippus est qui Tydeum occidit. 231 exempla omnia colligit, quibus nobiles nihil virtutis fecerunt. 234 Allobrogae Galli sunt. ideo autem dicti Allobrogae, quoniam 'brogae' Galli agrum dicunt, 'alla' autem aliud. dicti autem Allobroges, quia ex alio loco fuerant translati. 235 vestis ex charta facta pice in-

221 uirgilius *P corr. p* 223 Quod *Peyraredius et Maduicus*: Quid *Pω* tyrannice *P corr. p* 225 cantu *P Priscianus p. 419*: uel saltu *margo P* 226 gratęque *Ppr.* 229 antigonae personam menalippe *P* antigonaes tu personam menalippes *pω.* seu *Iahnius* aut *Hermannus ante* personam, *ego* uel *post* p. *addidi.* melanippes ς

233 parastis ω 234 *a* sen- *omnia in litura P, erasorum exitus pellucet* -nores, *uariae lectionis adest signum, nulla tamen apparet* 235 Autsi *P, erasa* t

hic novus Arpinas, ignobilis et modo Romae
municipalis eques, galeatum ponit ubique
praesidium attonitis et in omni monte laborat.
tantum igitur muros intra toga contulit illi
nominis ac tituli, quantum in Leucade, quantum
Thessaliae campis Octavius abstulit udo
caedibus adsiduis gladio, sed Roma parentem,
Roma patrem patriae Ciceronem libera dixit.
Arpinas alius Volscorum in monte solebat
poscere mercedes alieno lassus aratro,
nodosam post haec frangebat vertice vitem,
si lentus pigra muniret castra dolabra;
hic tamen et Cimbros et summa pericula rerum
excipit et solus trepidantem protegit urbem.
atque ideo, postquam ad Cimbros stragemque volabant
qui numquam attigerant maiora cadavera corvi,
nobilis ornatur lauro collega secunda.
plebeiae Deciorum animae, plebeia fuerunt

lita, in qua ignibus ad poenam addicti ardere solent. 239 et in omni monte l. quia in montibus condita est Roma. legitur et ponte l. propter Mulvium ubi Catilinae coniurati et Allobroges deprehensi sunt. 241 in Leucade q. propter Antonium et Cleopatram, quia bello navali sub Leucade promontorio Epiri devicti sunt ab Augusto. 242 ibi nam ab Augusto victi sunt Brutus et Cassius, ut Pompeius a Caesare. 244 non per adulationem, ut Augustum. hoc nam differt ab Augusto Cicero, quia alter armatus, alter pacatus defenderit libertatem et civitatem. ut Lucanus [7, 62] 'Romani maximus auctor Tullius eloquii cuius sub iure togaq.'. 247 a centurione vapulando suo vertice frangi patiebatur Marius vitem, cum militat. 251 corvis avibus fuit miraculum ire ad maiorum cadaverum praedam, quia grandi statura sunt Galli. Virgilius [*Aen.* 8, 662] 'scutis protecti corpora longis'.

253 secundo lauro dixit, quia secundo loco triumphavit post collegam suum. 254 Decii pater et filius somnio moniti pro incolumitate populi Romani se devoverunt, alter bello Latino, alter bello Gallico. nam pater cum esset collega Luci Manlii Torquati,

239 attonitus *Ppr.* monte *fuit in P ut in S*, *nunc est* gente, *in margine fuit* uel gente, *id nunc erasum est. glossa adscripta* pro romanis. *praeterea* ponte *S* 241 minis ac t *in litura P* in *corrupte P*: ū *siue* non pω *quod staret si sequeretur* nedum *aut* numquam. sub Leucade *S in enarratione*, unda L. *Weidner* 246 lassus *in adscriptum* uel iussus 253 lauru *Ppr. cf.* VI 79

nomina; pro totis legionibus hi tamen et pro
omnibus auxiliis atque omni pube Latina
sufficiunt dis infernis Terraeque parenti;
pluris enim Decii quam quae servantur ab illis.
ancilla natus trabeam et diadema Quirini
et fasces meruit, regum ultimus ille bonorum.
prodita laxabant portarum claustra tyrannis
exulibus iuvenes ipsius consulis et quos
magnum aliquid dubia pro libertate deceret,
quod miraretur cum Coclite Mucius et quae
imperii fines Tiberinum virgo natavit:
occulta ad patres produxit crimina servus
matronis lugendus, at illos verbera iustis
adficiunt poenis et legum prima securis.
  malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis

essentque somnio admoniti eam partem victricem fore cuius dux in proelio ceciderit, tum Decius calcaribus equo incitato in medios hostes irruit ibique pugnans interfectus est. cuius cum corpus milites liberare contenderent, cum plena sunt reversi victoria. hoc exemplo patris pro bello Samnitico et Tusco ab hostibus est filius interemptus. de quibus et Virgilius [*Aen.* 6, 825] 'quin Decios Brutosque'. 259 Ocrisia Corniculana captiva. Servius Tullius. sextus a Romulo. 262 ipsius Bruti filii, qui a patre securi percussi sunt, portas aperiebant ut Tarquinius Superbus intraret.

264 Horatius Cocles cum fessos milites suos ab Etruscis videret, pontem Sublicium subduci iussit, ne protinus hostes ad urbem irent, et ipse solus interim exercitum Porsennae sustinuit, dehinc armatus Tiberim transnatavit ad suos. 265 Cloelia virgo. haec inter obsides data Porsennae a Romanis simulans ritu patrio velle se in ripa Tiberis cum ceteris virginibus sacra facere, ablegatis custodibus transnatavit, et per legatos a Porsenna recepta in tanto honore habita est, ut cum ceteris obsidibus in patriam remitteretur. huius causa et statuam equestrem meruit inauratam.

267 Vindicius servus qui indicavit filios Bruti Tarquinio portas velle reserare. quos pater securi feriit, servum autem ut conservatorem patriae manu misit et ut delatorem dominorum cruci

256 atque *corr. ex* •quae *P* pube *P*: *superscriptum* uel plebe 259 trabeā *P* 260 altissimus *P corr. in* ultimus 264 cum choclite *P adposito signo uariae lectionis, ea in margine plane deleta est* 266 Occulta, a *ex* e*?* *P* produxit *P*: *superscriptum* uel eduxit 269 thersites] er *in rasura P. fuit in margine alia lectio, ea nunc oblitterata est*

Aeacidae similis Vulcaniaque arma capessas,
quam te Thersitae similem producat Achilles.
et tamen, ut longe repetas longeque revolvas
nomen, ab infami gentem deducis asylo;
maiorum primus, quisquis fuit ille, tuorum
aut pastor fuit aut illud quod dicere nolo.

SATVRA IX

Scire velim, quare totiens mihi, Naevole, tristis
occurras fronte obducta ceu Marsya victus.
quid tibi cum vultu, qualem deprensus habebat
Ravola dum Rhodopes uda terit inguina barba?
nos colaphum incutimus lambenti crustula servo.
non erit hac facie miserabilior Crepereius
Pollio, qui triplicem usuram praestare paratus
circumit et fatuos non invenit. unde repente
tot rugae? certe modico contentus agebas
vernam equitem, conviva ioco mordente facetus
et salibus vehemens intra pomeria natis.
omnia nunc contra: vultus gravis, horrida siccae
silva comae, nullus tota nitor in cute, qualem

adfixit. quod factum matronae planxerunt. 273 Romulus ut augeret populum Romanum, secutus Atheniensium morem asylum in luco constituit. 275 servus aut infamis vel latro. fertur nam latronum aut perditorum collegisse populum.

IX 1 in hac satura Naevulus philopygista queritur, quod divites cinaedi avarissimi sint, et nihil de obsequio libidinis possit adquirere. 2 Marsia victus. aut proprie a deo, quem Apollo vicit. aut advocatus temporis illius. 4 Ravola. rabula. a facto etymologiam nominis sumpsit poeta. 5 servus, inquit, colapho percutitur a nobis si placentam linguat; Rabula autem cum lambeat inguina feminarum, inpunitus incedit. crustula. species operis pistorii. Lucilius ‘gustavi crustula solus’. 8 qui ei scilicet pecunias credant non soluturo. 11 id est urbanus. pomeria loca appel-

270 uulcaniaque *ex* uulcanique *P*

IX *titulus in P* quaerela (querela *p*) neuoli de rege inpudico
5 *delebat Guietus* crustulas *P* eruo *addidit p* 6 erit *P mutatum in* erat 9 certa* *P erasa* e *opinor*

Bruttia praestabat calidi tibi fascia visci,
sed fruticante pilo neglecta et squalida crura.
quid macies aegri veteris, quem tempore longo
torret quarta dies olimque domestica febris?
deprendas animi tormenta latentis in aegro
corpore, deprendas et gaudia; sumit utrumque
inde habitum facies. igitur flexisse videris
propositum et vitae contrarius ire priori.
nuper enim, ut repeto, fanum Isidis et Ganymedem
Pacis et advectae secreta Palatia matris
et Cererem — nam quo non prostat femina templo? —
notior Aufidio moechus scelerare solebas,
quodque taces, ipsos etiam inclinare maritos.
'utile et hoc multis vitae genus, at mihi nullum
inde operae pretium. pingues aliquando lacernas,
munimenta togae, duri crassique coloris
et male percussas textoris pectine Galli
accipimus, tenue argentum venaeque secundae.
fata regunt homines, fatum est et partibus illis
quas sinus abscondit. nam si tibi sidera cessant,
nil faciet longi mensura incognita nervi,
quamvis te nudum spumanti Virro labello

lantur, quae intra muros sunt. hoc est pone muros. 14 fascia visci. psilothrum significat, dropacem quo solebat se accurare.

16 id est ita macer et decolor tamquam quartanarius. 19 id est et laetitiae et aerumnarum. 22 statuae ad quas conveniebant cinaedi. 23 matris deum mysteria, cuius templum in Palatio est. 26 quodque t. quamquam non confiteris.

27 hoc autem Naevuli ex persona poeta refert, qui divites inclinans viros tam modica consequatur. 28 in alio pingues, ut ostendat grossas ac per hoc pluviales. 29 Veneti, ut albedine Cadurci. 31 modicum. aut leve, aerosum. 35 quamvis, inquit, ille dives cinaedus penem tuum conspexerit et cupiditate blandis te epistolis et diptychis sollicitet, nihil tamen accipies, nisi stellas in genesi bene positas habueris quae tibi hoc praestent.

14 Brustia *P expunxit p* tibi ς *Salmasius*: circum *P*. Praestabat calidi circum lita fascia uisci *pω* 15 fructificante *Ppr.* cruro *Ppr.* 19 utrimque *p* 22 ut *ex* uita *P* 25 moechus scelerare *P* moechus celerare *p* celebrare *ω* 26 Quodque taces *fuit in P, praeter* Q *omnes erasit p fecitque* Quid taceo atq; *tum* Quod *factum ex* Quid 27 nullo *Ppr.* 28 pingues *P cum glossa* grossiores: pinguis *S?* 31 tenue* *P erasa* m 33 cessent *p*

viderit et blandae adsiduae densaeque tabellae
sollicitent, αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα κίναιδος.
quod tamen ulterius monstrum quam mollis avarus?
"haec tribui, deinde illa dedi, mox plura tulisti"
computat et cevet. ponatur calculus, adsint
cum tabula pueri; numera sestertia quinque
omnibus in rebus, numerentur deinde labores.
an facile et pronum est agere intra viscera penem
legitimum atque illic hesternae occurrere cenae?
servus erit minus ille miser qui foderit agrum,
quam dominum; sed tu sane tenerum et puerum te
et pulchrum et dignum cyatho caeloque putabas.
vos humili adseculae, vos indulgebitis umquam
cultori, iam nec morbo donare parati?
en cui tu viridem umbellam, cui sucina mittas
grandia, natalis quotiens redit aut madidum ver
incipit et strata positus longaque cathedra
munera femineis tractat secreta kalendis.
dic, passer, cui tot montis, tot praedia servas
Apula, tot milvos intra tua pascua lassos?
te Trifolinus ager fecundis vitibus implet
suspectumque iugum Cumis et Gaurus inanis —

38 Virgilius [*Aen.* 3, 214] 'tristius haut illis monstrum nec saevior ulla'. 39 haec tribui d. in alio tulisti. verba divitis. 40 cevet. crisat. 47 hoc est Ganymedi te comparas. 49 id est tenui clienti quemadmodum tu donabis, qui libidini tuae conferre dubitas? 50 gemmata dextrocheria. 51 Matronalibus scilicet. quae sunt kalendis Aprilibus quibus est natalis Veneris. 52 cervicalibus stratis. scamnum dicit. 53 kalendis Martiis in quibus Iunonis sacra celebrantur a Romanis. et quia tunc Ilia conpressa est a Marte. tunc nam Matronalia sunt. 55 vult ostendere magnitudinem possessionum poeta quam latae sint agris, quoniam nec milvi transvolare eas possunt. 57 aut super ex-

36 assidue ς 37 ЄΦЄΔΚЄΤЄΙ ΑΝΑΓΑϹΙΝΑΙΔΟϹ *P*: *recte* ΑΝΔΡΑ Κ- *in margine ubi cetera peius corrupta sunt additumque* i. dulces mores mollis uiri (*ex graecis* aethos glikos) 38 Quid *florilegium S. Galli* 40 Cumputat *Ppr.* et ceuet ς, *erasum in P,* ceuet *testatur S*: atque cauet *p*ω (*p in litura angustiore cum glossa* in futurum) cauculus *Ppr.* 41 numeras *Ppr.* 43 penem *ex* penam *P* 46 Quam *P*: uel Non *margo* tener *p erasis* um 47 caeloque] l *ex* n *P* 48 adsaecula *P corr. in* -lae 50 Encuitu *ex* Incultu *P* 53 tractat *P Seruius Aen. VIII 638*: tractas *p cum glossa* disponis 55 lassas *Hauptius*

nam quis plura linit victuro dolia musto? —
quantum erat exhausti lumbos donare clientis
iugeribus paucis? meliusne hic rusticus infans
cum matre et casulis et conlusore catello
cymbala pulsantis legatum fiet amici?
"improbus es cum poscis" ait. sed pensio clamat
"posce", sed appellat puer unicus ut Polyphemi
lata acies per quam sollers evasit Vlixes;
alter emendus erit, namque hic non sufficit, ambo
pascendi. quid agam bruma spirante? quid, oro,
quid dicam scapulis puerorum aquilone decembri
et pedibus? "durate atque expectate cicadas"?
verum ut dissimules, ut mittas cetera, quanto
metiris pretio, quod ni tibi deditus essem
devotusque cliens, uxor tua virgo maneret?
scis certe quibus ista modis, quam saepe rogaris
et quae pollicitus. fugientem saepe puellam
amplexu rapui; tabulas quoque ruperat et iam
signabat, tota vix hoc ego nocte redemi
te plorante foris; testis mihi lectulus et tu,
ad quem pervenit lecti sonus et dominae vox.
instabile ac dirimi coeptum et iam paene solutum
coniugium in multis domibus servavit adulter.
quo te circumagas? quae prima aut ultima ponas?
nullum ergo meritum est, ingrate ac perfide, nullum,
quod tibi filiolus vel filia nascitur ex me?

hausto. aut transacto vindemiarum tempore. aut quia vaporiferos specus habet. aut melius est sic intellegere, qui ab omni arbore expoliatus est et solis vinetis vacat. 58 multum duraturo.

61 catello. ut solent infantes delectare. 62 archigalli. gallo, inquit, legatario donabitur. 63 tributum. aut quod conducit ubi maneat. 67 cum petunt calciarium, quid dicam?

74 id est volentem recedere de domo tua. 75 dotales tabulas frangentem et repudium volentem tibi dare saepius revocavi. 78 in coitu non tacentis, quod virgo erat, ut sit mariti maior infamia. 79 infirmum. erit exclamatio. 81 quo te

61 casulis *ex* catulis *P* 62 legatus *p* 63 est *P* poscis *P*: poscit *p* 64 Posces *Ppr.* 68 puerorum *P*: *adscriptum* uel seruorum aquilone *P*: *adscriptum* uel mense 79 80 *delebat Pinzger* 82 *fin.* nullum *om. P add. p*

tollis enim et libris actorum spargere gaudes
argumenta viri. foribus suspende coronas:
iam pater es, dedimus quod famae opponere possis.
iura parentis habes, propter me scriberis heres,
legatum omne capis nec non et dulce caducum.
commoda praeterea iungentur multa caducis,
si numerum, si tres implevero.' iusta doloris,
Naevole, causa tui; contra tamen ille quid adfert?
'neglegit atque alium bipedem sibi quaerit asellum.
haec soli commissa tibi celare memento,
et tacitus nostras intra te fige querellas.
nam res mortifera est inimicus pumice levis;
qui modo secretum commiserat, ardet et odit,
tamquam prodiderim quidquid scio. sumere ferrum,
fuste aperire caput, candelam adponere valvis
non dubitat. nec contemnas aut despicias quod
his opibus numquam cara est annona veneni.
ergo occulta teges, ut curia Martis Athenis.'
o Corydon, Corydon, secretum divitis ullum
esse putas? servi ut taceant, iumenta loquentur
et canis et postes et marmora. claude fenestras,
vela tegant rimas, iunge ostia, tollite lumen,
e medio fac eant omnes, prope nemo recumbat:
quod tamen ad cantum galli facit ille secundi,
proximus ante diem caupo sciet, audiet et quae

vertas? ad haec quae dicturus es? 84 propter professionem scilicet qua apud aerarium patres natorum deferebantur. filiorum nativitatibus. 87 haec omnia poeta ad ius civile rettulit.

89 nam et a tutela excusant liberi et in fascibus sumendis prior est qui praestat numero filiorum. 95 periculosus est cinaedus iratus aut offensus. 99 id est non tibi despectae sint quas habet cinaedus iras. 100 id est quamvis cara annona veneni sit, tamen dat quanticumque distrahatur. 101 quia in Ariopago primus accusatus est Mars a Neptuno eo quod filium eius Halirrothion peremisset. 102 o stulte.

84 titulis actorum *Seruius georg. II 502.* auctorum *in margine P manus pessima* 97 ferrum *om. P add. p* 99 quod *om. P add. p*
100 cara*** *P* (*erasum uerbum etiam in glossa* dicit quod est his opibus annona ****): careas *pω* 103 loquentur] e *in rasura P* loquuntur *florilegium Frisingense* 105 tollite] e *mutata in* a, *tum* o *superscripta et glossa* auferto *in P* 106 face eant *Hauptius*: taceant *P sed in margine* clament *et supra uersum glossa* sonent ne secretum meum audiatur foris. *item* clament *ω* 107 secundū *p*
108 quae *corr. ex* quam? *P*

finxerunt pariter libarius archimagiri
carptores. quod enim dubitant componere crimen
in dominos, quotiens rumoribus ulciscuntur
baltea? nec derit qui te per compita quaerat
nolentem et miseram vinosus inebriet aurem.
illos ergo roges quidquid paulo ante petebas
a nobis, taceant illi. sed prodere malunt
arcanum, quam subrepti potare Falerni,
pro populo faciens quantum Saufeia bibebat.
vivendum recte est, cum propter plurima tunc his
[idcirco ut possis linguam contemnere servi]
praecipue causis, ut linguas mancipiorum
contemnas. nec lingua mali pars pessima servi.
deterior tamen hic qui liber non erit illis,
quorum animas et farre suo custodit et aere.
'utile consilium modo, sed commune, dedisti.
nunc mihi quid suades post damnum temporis et spes
deceptas? festinat enim decurrere velox
flosculus angustae miseraeque brevissima vitae
portio; dum bibimus, dum serta unguenta puellas
poscimus, obrepit non intellecta senectus.'
ne trepida, numquam pathicus tibi derit amicus
stantibus et salvis his collibus. undique ad illos
convenient et carpentis et navibus omnes
qui digito scalpunt uno caput. altera maior

110 infertores qui inlata carpunt. 111 servi loris caesi confingunt plura cum rumoribus malis quasi verbera rati, et ita se putant vindicari, si crimina in dominos dicant. 117 sacrificans virgo Vestae. Virgil. [*ecl.* 3, 77] 'cum faciam vitula pro frugibus'.

126 id est iuventus decurrere et senectus properare. Virgil. [*Aen.* 10, 467] 'breve et inreparabile tempus omnibus est vitae'.

131 id est septem montibus supra quos posita Roma est, Palatino Tarpeio Viminali Aventino Esquilino Caelio Vaticano.

133 altera maior. cinaedi cum muliebri more conponunt caput.

109 libarius *OHirschfeld*: librarius *Pω* (*glossa in P* qui per libram appendit carnem) 116 portare *Ppr.* 117 laufela *p* bib- *ex* uiu- *P* 118 his *pω*: est *P sed expunctum. id adpositum erat in archetypo cum sequenti uersu pro glossa* 119 *damnarunt Pithoeus Heinrichius alii*: *post* 123 *ponendum esse significauit p, posuere ω*

linguam *semirasum in P, in margine signum corruptelae* 120 caue sis *Lachmannus* 121 nec *P*: nam *pω* 122 nouerit illos *P corr. p* 128 bib- *ex* uiu- *P* 132 Conueniunt *p*

spes superest. tu tantum erucis inprime dentem.
'haec exempla para felicibus. at mea Clotho
et Lachesis gaudet, si pascitur inguine venter.
o parvi nostrique Lares, quos ture minuto
aut farre et tenui soleo exorare corona,
quando ego figam aliquid, quo sit mihi tuta senectus
a tegete et baculo? viginti milia faenus
pigneribus positis, argenti vascula puri,
sed quae Fabricius censor notet, et duo fortes
de grege Moesorum, qui me cervice locata
securum iubeant clamoso insistere circo;
sit mihi praeterea curvus caelator, et alter
qui multas facies pingit cito; sufficiunt haec.
quando ego pauper ero? votum miserabile, nec spes
his saltem; nam cum pro me Fortuna rogatur,
adfixit ceras illa de nave petitas,
quae Siculos cantus effugit remige surdo.'

134 spes s. multos inberbes habes tibi crescentes. tu tantum erucis. dicitur haec herba ad coitum inflammare et vires dare. 136 usque adeo infelix sum, ut vix industria inguinis ad victum sufficiat. 137 tus minutum manna vocant. 138 tenui corona exorare, id est coronatos floribus precari. 139 quando ego f. constituam, conponam, habeam. aut certe quia in ceris vota figuntur apud templa. 140 a mendicitate. deest 'ut sint'.

142 sed quam Fabricius. plus sibi decem libris argenti petit. Fabricius censor collegam suum notavit in senatu, quia supra decem libras argenti unam fiolam invenit. antea enim non licebat senatori plus habere. 143 lecticarios ait. quorum laturas locem et securus circenses spectem. alii, ut ipsi ferant in lectica. 146 qui multa f. id est opifices servi argentarii, laboriosi anaglypharii plastae.

archetypus. 147 non dico dives. ut pauper, inquit, quando ero? nam modo nec pauper sum. ut Terentius [*haut.* 228] 'nam mihi nihil esse religio est dicere'. 149 ad auriculas. id est surda est. 150 Vlixis, ut periculum Sirenarum posset evadere.

134 inprime, e *ex* a *P* *post* 134 *legitur in P uersus a p expunctus* Gratus eris tu tantum faucis inprime dentem. *hunc addendum superioribus* (erucis) *Vahlenus censuit*, *ego ex diuersa uersus* 133 *lectione ortum esse conieceram* alter amator Gratus erit 136 gaudet *P*, t *ex* n? *in litura uix capiente* nt: gaudent ω 139 fiam *P corr. p* quod *P* 143 mysorum *P tum* mos- *tum* moes- locata *p*ω: locata** *P*, *erasum aliquid amplius quam* m. locatum *Heinrichius*

146 multa *Ppr.* 148 rogatur *ex* uocatur *P. hoc restituendum puto* 149 Adfixit *P*: uel figit *margo.* Adfigit ω 150 eff- *ex*

LIBER QVARTVS

SATVRA X

Omnibus in terris, quae sunt a Gadibus usque
Auroram et Gangen, pauci dinoscere possunt
vera bona atque illis multum diversa, remota
erroris nebula. quid enim ratione timemus
aut cupimus? quid tam dextro pede concipis, ut te
conatus non paeniteat votique peracti?
evertere domos totas optantibus ipsis
di faciles. nocitura toga, nocitura petuntur
militia; torrens dicendi copia multis
et sua mortifera est facundia, viribus ille
confisus periit admirandisque lacertis,
sed plures nimia congesta pecunia cura
strangulat et cuncta exuperans patrimonia census
quanto delphinis ballaena Britannica maior.
temporibus diris igitur iussuque Neronis
Longinum et magnos Senecae praedivitis hortos
clausit et egregias Lateranorum obsidet aedes
tota cohors: rarus venit in cenacula miles.
pauca licet portes argenti vascula puri
nocte iter ingressus, gladium contumque timebis
et motae ad lunam trepidabis harundinis umbram:
cantabit vacuus coram latrone viator.
prima fere vota et cunctis notissima templis

X 1 τρόπος συνεκδοχή. a parte totum. nam cum occidentem significat aut orientem poeta, locum posuit breviter conplexus orbem. nam Gades sunt in Atlantico mari Hispaniae proximae, ubi se angustissimo divortio inter columnas Herculis in mediterraneos sinus Oceanus infundit. 9 abundans eloquentia aut fluens.

11 ut Milo Crotoniates, qui cum arbores manibus scinderet, bracchia eius occupata sunt, et a lupis consumptus est. 13 strangulat. apoplexin passi moriuntur. 14 metaphora. in Tiberium et divites. 21 et mota ad lunam. ut Virgil. [*Aen.* 2, 755] 'simul ipsa silentia terrent'. 22 vult generaliter intelligi

etf- *P* *subscriptum in P* iunii iuuenalis saturarum liber tertius explicit | incipit liber quartus saturarum feliciter | saturarum

X *praescriptum in P* de uotis contrariis 7 domos *ex* domus? *P* opstantibus *Ppr.* 9 et *ante* torrens *add. p* 11 perit *P* 16 praediuitiis horcos *Ppr.* 21 mota *Ppr. recte puto* umbras *ex* umbram *p* umbra *floril. Frisingense recte puto*

divitiae, crescant ut opes, ut maxima toto
nostra sit arca foro. sed nulla aconita bibuntur
fictilibus: tunc illa time, cum pocula sumes
gemmata et lato Setinum ardebit in auro.
iamne igitur laudas quod de sapientibus alter
ridebat, quotiens de limine moverat unum
protuleratque pedem, flebat contrarius auctor?
sed facilis cuivis rigidi censura cachinni:
mirandum est unde ille oculis suffecerit umor.
perpetuo risu pulmonem agitare solebat
Democritus, quamquam non essent urbibus illis
praetextae trabeae fasces lectica tribunal.
quid si vidisset praetorem curribus altis
extantem et medii sublimem pulvere circi
in tunica Iovis et pictae Sarrana ferentem
ex umeris aulaea togae magnaeque coronae
tantum orbem, quanto cervix non sufficit ulla?
quippe tenet sudans hanc publicus, et sibi consul
ne placeat, curru servus portatur eodem.
da nunc et volucrem, sceptro quae surgit eburno,

hoc poeta. figurate in Nerone. 24 usque ad Cerealem praefectum in foro Traiani arcas habuerunt senatores, in quibus argentum aut pecunias tutius deponebant. propterea et locus ipse in quo erant arcae positae, Opes dictae sunt. 25 bene poeta, ut ostenderet paupertatem innocuam a crimine et divitias malis oppressas, vasa potoria ad demonstrandam diversitatem posuit. 27 ideo quia vinum splendescit in auro. 29 duo sapientes philosophi Democritus et Heraclitus erant, quorum Democritus actus hominum omnes ridebat, Heraclitus vero flebat. 33 quia ex splene risum dicunt gigni. 34 in civitatibus illis non erant praetextae, quarum Tarquinius Priscus usum invenit et Romae intulit. 38 mappam mittentem in circo consulem describit poeta. nam tunicam Iovis togam palmatam dixit. vestem Tyria purpura confectam. hoc est Serrana ut Virg. [*g.* 2, 506] ‘ut gemma bibat et Serrano dormiat ostro’. 39 eleganter aulaea, quasi latis velis. Cicero [*Cat.* 2, 22] ‘velis amictos, non togis’. 43 virgam quam consules

30 Procluleratque *P* Protuleratque *sed* c *post* o *superscr.* *S* auctor *P*: *adscriptum* uel alter 31 cuius *P corr. in* cuiuis (*glossa* alicui) 35 Praetexta etrabeae *P*: Praetexta trabeae *florilegium S. Galli* Praetexta et trabeae *p* 37 mediis sublimen *P* medio *p*. *glossa supra* circi *legitur* theatris

illinc cornicines, hinc praecedentia longi
agminis officia et niveos ad frena Quirites,
defossa in loculos quos sportula fecit amicos.
tunc quoque materiam risus invenit ad omnis
occursus hominum, cuius prudentia monstrat
summos posse viros et magna exempla daturos
vervecum in patria crassoque sub aere nasci.
ridebat curas nec non et gaudia vulgi,
interdum et lacrimas, cum Fortunae ipse minaci
mandaret laqueum mediumque ostenderet unguem.
ergo supervacua aut quae perniciosa petuntur?
propter quae fas est genua incerare deorum?
quosdam praecipitat subiecta potentia magnae
invidiae, mergit longa atque insignis honorum
pagina. descendunt statuae restemque sequuntur,
ipsas deinde rotas bigarum inpacta securis
caedit et inmeritis franguntur crura caballis,
iam strident ignes, iam follibus atque caminis
ardet adoratum populo caput et crepat ingens
Seianus, deinde ex facie toto orbe secunda

portant, quia supra aquilast. 45 in candidis togis officium facientes. 46 non amor verus. 47 tunc quoque invenit Democritus materiam risus, cum haec quae in urbe fiunt necdum essent reperta. 50 Abderita nam fuit Democritus, ubi stulti solent nasci. 52 *fortunam contemnere, nihil se habere quod ab ea expectaret. quin immo infami digito ei turpiter insultabat.

54 petuntur. ut Democritus dixit. 55 in signis. insignare. vota facere. 57 aenea pagina quae ante imaginem eorum stans omnes eorum gradus honorum inscriptos continet, quam nunc dicunt tabulam patronatus. 59 si intacta, nova. si inpacta, percussa, ab eo quod est inpingo. 60 nam poeta equestres statuas et consulares dixit inmerito poenam sustinere, aut ad restem trahi, quod ait 'sequi', aut caedi et conflari, cum illi quorum fuerunt, propriis moribus dignam sustinuerunt sententiam. 63 Seianus fuit Tiberio usque adeo carus amicus, ut nihil esset quod ei a Tiberio petenti negaretur. et iam de eo cogitavit necando dispositis coniurationis sociis, ut occiso Tiberio ipse regnaret. cum hoc cog-

46 loculos *P ut uidetur, nunc grandis macula est indicans* i: loculis ω 47 Tunc *P mutatum in* Tum 50 Uerbacum *Ppr.*
54 aut perniciosa *P*ω: quae *inserui* uel *Doederlinus* ut *Munro.* aut ne p. petantur *Lachmannus* 55 incerate *Maduicus* 57 atque] uel aut *superscr. p* 59 intacta *S*

fiunt urceoli pelves sartago matellae.
pone domi laurus, duc in Capitolia magnum
cretatumque bovem: Seianus ducitur unco
spectandus, gaudent omnes. ‘quae labra, quis illi
vultus erat. numquam, si quid mihi credis, amavi
hunc hominem. sed quo cecidit sub crimine? quisnam
delator quibus indicibus, quo teste probavit?’
nil horum; verbosa et grandis epistula venit
a Capreis. ‘bene habet, nil plus interrogo. sed quid
turba Remi?’ sequitur fortunam ut semper et odit
damnatos. idem populus, si Nortia Tusco
favisset, si oppressa foret secura senectus
principis, hac ipsa Seianum diceret hora
Augustum. iam pridem, ex quo suffragia nulli
vendimus, effudit curas; nam qui dabat olim
imperium fasces legiones omnia, nunc se
continet atque duas tantum res anxius optat,
panem et circenses. ‘perituros audio multos.’
nil dubium, magna est fornacula. ‘pallidulus mi
Bruttidius meus ad Martis fuit obvius aram;
quam timeo, victus ne poenas exigat Aiax
ut male defensus. curramus praecipites et
dum iacet in ripa, calcemus Caesaris hostem.

novisset Tiberius, super eius crimine epistulam ad senatum misit. et sic per consules damnatus est cum omni progenie sua, usque adeo ut filiam eius virginem iuberet senatus a carnifice stuprari et sic occidi, ut iure videatur fuisse occisa. secunda. quia praefectus urbi fuit. secundus a Caesare. 64 sartago m. conchae breves aut vasa turpia. 66 candidum. ut Lucilius ‘cretatumque bovem duc ad Capitolia magna’. 71 multa nam superflua ad populum principes solent scribere. 72 insula in Campania. ibi nam Nero habitabat. 74 Fortunam vult intelligi poeta, quae apud Nyrtiam civitatem colitur, unde fuit Seianus. 75 si ut cogitabat Seianus occidere factione Tiberium potuisset favore Fortunae, modo Augustus esset. 77 hoc est post Augusti monarchiam. ex quo nemo ambit ad populi honores. 83 aut patronus aut domnipraedius. 84 Tiberius Nero quasi insanus.

64 matellae *P*: patellae *p* 65 laurus *P mutatum in* lauros 67 *in carmine omissus in margine P adscriptus atramento eodem* 70 indiciis *p* probabit *Ppr.* 73 Turbare mi *P* tremens *adscriptum in marg.* 74 nursia *p* 78 effugit *p* 81 Panin *an* Panin *in ras. P* 82 pallidulus mi *pω*: pallidus mihi *P. latet aliud,* pallidus ante? *quale expulit glossa*

sed videant servi, ne quis neget et pavidum in ius
cervice obstricta dominum trahat.' hi sermones
tunc de Seiano, secreta haec murmura vulgi.
visne salutari sicut Seianus, habere
tantundem atque illi summas donare curules,
illum exercitibus praeponere, tutor haberi
principis augusta Caprearum in rupe sedentis
cum grege Chaldaeo? vis certe pila cohortes
egregios equites et castra domestica, quidni
haec cupias? et qui nolunt occidere quemquam,
posse volunt. sed quae praeclara et prospera tanti,
ut rebus laetis par sit mensura malorum?
huius qui trahitur praetextam sumere mavis,
an Fidenarum Gabiorumque esse potestas
et de mensura ius dicere, vasa minora
frangere pannosus vacuis aedilis Vlubris?
ergo quid optandum foret, ignorasse fateris
Seianum; nam qui nimios optabat honores
et nimias poscebat opes, numerosa parabat
excelsae turris tabulata, unde altior esset
casus et inpulsae praeceps inmane ruinae.
quid Crassos, quid Pompeios evertit et illum,
ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites?
summus nempe locus nulla non arte petitus
magnaque numinibus vota exaudita malignis.
ad generum Cereris sine caede ac vulnere pauci

87 quoniam dederat servis potestatem, ut liceret dominos accusare in quibuslibet criminibus. 91 ut Seianus. et consules facere. 92 magistrum militum facere. 93 Tiberius nam Nero eum secessum elegerat. de qua insula Augustus ἀπραγόπολιν dixit quod ibi esset otii locus, ut ait Suetonius [*Aug*. 98].

significat et diu et turpiter vixisse in Capreis Tiberium, qui Seianum veluti tutorem habuisset. 95 iuxta aggerem posuit primus castra Seianus. id est super Diocletianas. quae dicta sunt castra praetoria. 99 quid vis, inquit, consul esse et praefectus cum periculo, an securus minorem dignitatem administrare ut sis aedilis vel curator cuiuscumque parvae civitatis? ut iuberes tabernariis.

102 desertum Italiae oppidum. aut iuxta Romam. 109 Sullam. Cinnam. sive Caesarem. 112 ad inferos. Plutonem dicit.

91 summas *P* uel sellas *superscriptum* 93 angusta *p* 97 tantum *p* 101 ius *P* uis *p* 102 uacuisq; *p* 109 *cf. Macrobius sat. II* 7,4 112 et sanguine pauci *Seruius georg. II 498* (113 *ad* sicca m. *adscripta in P glossa* sine sanguine)

descendunt reges et sicca morte tyranni.
eloquium aut famam Demosthenis aut Ciceronis
incipit optare et totis quinquatribus optat
quisquis adhuc uno parcam colit asse Minervam,
quem sequitur custos angustae vernula capsae.
eloquio sed uterque perit orator, utrumque
largus et exundans leto dedit ingenii fons.
ingenio manus est et cervix caesa, nec umquam
sanguine causidici maduerunt rostra pusilli.
'o fortunatam natam me consule Romam':
Antoni gladios potuit contemnere, si sic
omnia dixisset. ridenda poemata malo
quam te, conspicuae divina Philippica famae,
volveris a prima quae proxima. saevus et illum
exitus eripuit, quem mirabantur Athenae
torrentem et pleni moderantem frena theatri.
dis ille adversis genitus fatoque sinistro,
quem pater ardentis massae fuligine lippus
a carbone et forcipibus gladiosque paranti
incude et luteo Vulcano ad rhetora misit.
bellorum exuviae, truncis adfixa tropaeis
lorica et fracta de casside buccula pendens
et curtum temone iugum victaeque triremis
aplustre et summo tristis captivos in arcu
humanis maiora bonis creduntur. ad hoc se
Romanus Graiusque et barbarus induperator
erexit, causas discriminis atque laboris
inde habuit; tanto maior famae sitis est quam
virtutis. quis enim virtutem amplectitur ipsam,

115 diebus festis quibus Minerva colitur. aut quod intra quinque atria fit, aut atria abundat. nam dies quinque in uno festi. 116 vilioris pretii fictile Minervae signum. 118 ille nam a Philippo, hic ab Antonio occisus est. 120 Ciceronis exitium describit poeta, addit etiam versum. 129 Philippus rex Macedonum cum vicisset Athenienses et parceret civitati, Demosthenem sibi dari ad supplicium petivit. verum cum hoc ageretur, sumpto veneno se interemit. 130 nam filius fabri ferrarii fuit Demosthenes. 136 tabulatum ad decorandum superficium navis adpositum.

114 ac famam *p* 115 quinqua∗∗∗∗tribus *P* 117 uernulae *Ppr.* 131 forcipibus *ex* forpic- *aut* forficibus *P* 133 truncis] ncis *in ras. P* 134 casside] cassi *in litura angustiore P* 136 captiuus *p* 137 ad hoc *P*: ad hos *et in margine* uel adhoc *p*

praemia si tollas? patriam tamen obruit olim
gloria paucorum et laudis titulique cupido
haesuri saxis cinerum custodibus, ad quae
discutienda valent sterilis mala robora fici,
quandoquidem data sunt ipsis quoque fata sepulcris.
expende Hannibalem: quot libras in duce summo
invenies? hic est, quem non capit Africa Mauro
percussa oceano Niloque admota tepenti
rursus ad Aethiopum populos aliosque elephantos?
additur imperiis Hispania, Pyrenaeum
transilit. opposuit natura Alpemque nivemque:
diducit scopulos et montem rumpit aceto.
iam tenet Italiam, tamen ultra pergere tendit.
'actum' inquit 'nihil est, nisi Poeno milite portas
frangimus et media vexillum pono Subura'.
o qualis facies et quali digna tabella,
cum Gaetula ducem portaret belua luscum.
exitus ergo quis est? o gloria, vincitur idem
nempe et in exilium praeceps fugit atque ibi magnus
mirandusque cliens sedet ad praetoria regis,
donec Bithyno libeat vigilare tyranno.
finem animae quae res humanas miscuit olim,
non gladii, non saxa dabunt nec tela, sed ille

alii dicunt rostra navis. ornamentum puppis. *ἄφλαστα.* 143 id est Caesaris et Pompei et ceterorum. 145 in quibus saxis caprificus nascitur. 150 duo sunt orientis et occidentis. in occasum Garamantici degeneres, in ortum Macrobioe praestantes aequitate aetate virtute. qui iunguntur Mauritaniae. 153 nam dicitur primus Hannibal per Alpem viam fecisse, dum saxa montium ingentia igni primum exureret. 158 qui in Alpibus a frigore oculum perdidit. 161 post annos sedecim Hannibal Italia pulsus et in Africa victus ab Scipione et postea pulsus a civibus fugit ad Antiochum Syriae regem. quem male inpulsum ad bellum Romanis inferendum victus cum regia classe deseruit. inde descendit ad Prusiam Bithyniae regem. quo cognito Romani legatum mittunt ad Prusiam Quintum Flaminium, ut sibi daretur perducendus ad urbem Romam. quod ne fieret, praevenit Hannibal hausto veneno, quod

144 adquę *ex* atque *P* 145 robula *Ppr.* fici] uel os *supra* i *finalem p* 149 Perfusa *p* 150 aliosque *ω Priscianus p. 217*: altosque *P sed cum glossa* praeter indicos 152 inposuit *Priscianus p. 328* 153 rupit *p* 156 sibura *Ppr.* 162 bithynio *p*

Cannarum vindex et tanti sanguinis ultor
anulus. i demens et saevas curre per Alpes,
ut pueris placeas et declamatio fias.
unus Pellaeo iuveni non sufficit orbis,
aestuat infelix angusto limite mundi
ut Gyari clausus scopulis parvaque Seripho;
cum tamen a figulis munitam intraverit urbem,
sarcophago contentus erit. mors sola fatetur
quantula sint hominum corpuscula. creditur olim
velificatus Athos et quidquid Graecia mendax
audet in historia, constratum classibus isdem
suppositumque rotis solidum mare, credimus altos
defecisse amnes epotaque flumina Medo
prandente et madidis cantat quae Sostratus alis;
ille tamen qualis rediit Salamine relicta,
in corum atque eurum solitus saevire flagellis
barbarus Aeolio numquam hoc in carcere passos,
ipsum conpedibus qui vinxerat Ennosigaeum —
mitius id sane, quod non et stigmate dignum
credidit; huic quisquam vellet servire deorum?

sub anuli gemma omni tempore habuerat. 167 deliberativa, Hannibal utrum de Alpibus recederet. 170 insulae angustae exulibus aptae. 171 Babylonem significat Persarum civitatem. quam condidit urbem Samiramis Nini uxor et coctili latere munivit, quem hodie dicimus ordinarium lapidem. in hac igitur urbe Alexander veneno periit. haec urbs sexaginta milium circuitu patet et latere cocto circumdata est muris quorum latitudo ducentos pedes detinet, altitudo quinquaginta. 174 Xersem dicit Persarum regem, qui Athonem montem in Achaia dicitur perforasse et inmisisse terris novum mare, pontum contabulasse navibus atque ita exercitum in Achaia transtulisse. 178 Sostratus poeta fuit. hic Xersis regis facta descripsit. madidis autem ideo quia omnes qui cum sollicitudine recitant, necesse est ut alae eis sudent. sic Horatius [*s.* 1, 9, 11] 'sudor ad imos manabat talos'. 183 ironia. quia non cecidit ne maculam ferret notae secundum ius. 184 credidit h. quia pontem mari superposuit, finxerunt illi servisse Neptunum, quemadmodum Laumedonti regi Phrygiae. interrogative pronuntian-

166 i *om.* *P* *add.* *ω* 170 gyare *ex* cy- *P* 174 adhos *P* quid qui *P* 175 constractum *Ppr.* cum stratum *ς* 176 altos *post adiectum* *P* 180 chorum *P* seruire *Ppr.* 181 aelio *P* (*superscr.* eolus rex) 183 quid? *et* credidit? *Weberus* 184 Credidit *P* Crediret *aut* Creditet *p* Crederet *ω*

sed qualis rediit? nempe una nave, cruentis
fluctibus ac tarda per densa cadavera prora.
has totiens optata exegit gloria poenas.
'da spatium vitae, multos da, Iuppiter, annos'
hoc recto vultu, solum hoc et pallidus optas.
sed quam continuis et quantis longa senectus
plena malis. deformem et taetrum ante omnia vultum
dissimilemque sui, deformem pro cute pellem
pendentisque genas et talis aspice rugas
quales, umbriferos ubi pandit Thabraca saltus,
in vetula scalpit iam mater simia bucca.
plurima sunt iuvenum discrimina, pulchrior ille
hoc atque ille alio, multum hic robustior illo:
una senum facies. cum voce trementia membra
et iam leve caput madidique infantia nasi,
frangendus misero gingiva panis inermi;
usque adeo gravis uxori natisque sibique,
ut captatori moveat fastidia Cosso.
non eadem vini atque cibi torpente palato
gaudia. nam coitus iam longa oblivio, vel si
coneris, iacet exiguus cum ramice nervus
et quamvis tota palpetur nocte, iacebit.
anne aliquid sperare potest haec inguinis aegri
canities? quid quod merito suspecta libido est
quae venerem adfectat sine viribus? aspice partis
nunc damnum alterius. nam quae cantante voluptas,
sit licet eximius, citharoedo sive Seleuco
et quibus aurata mos est fulgere lacerna?

dum. propter Apollinem, quia servivit Admeto. 189 laetus et tristis vitam longam optas. aut iuvenis hoc aut senex optas, in quocumque statu fueris. 194 opacas silvas esse in Africa poeta dicit in regione Thabracena, in quibus simiae nascuntur. 199 ita nam senibus umor de naso ut infantibus pendet. 200 quia dentes ruerunt, gingiva panis frangendus est. 204 ut Virgilius [*g.* 3, 97] 'frigidus in venerem senior'. 208 ut infames dicunt,

187 exigit *P* 189 alto *ante* recto *erasum P* 194 umbrifero *P corr. p* uel tabacra *margo P* 195 simia buccis *grammaticus GLK. IV p. 494* 197 ille *om. P habet grammaticus idem p. 492* 199 madidi *ex* madida *P* 202 captori moueant *Ppr.* 205 Conuersi *P superscripto* uel coneris. *sic illud correxit p, sic ω Priscianus p. 544* 211 uel Scilicet *adscriptum in P* citharedus *pω* situe *ω* seleucus *pω. de Seleuco cf. APal. VI 10*

quid refert, magni sedeat qua parte theatri
qui vix cornicines exaudiet atque tubarum
concentus? clamore opus est, ut sentiat auris
quem dicat venisse puer, quot nuntiet horas.
praeterea minimus gelido iam in corpore sanguis
febre calet sola, circumsilit agmine facto
morborum omne genus, quorum si nomina quaeras,
promptius expediam quot amaverit Oppia moechos,
quot Themison aegros autumno occiderit uno,
quot Basilus socios, quot circumscripserit Hirrus
pupillos, quot longa viros exorbeat uno
Maura die, quot discipulos inclinet Hamillus,
percurram citius quot villas possideat nunc
quo tondente gravis iuveni mihi barba sonabat.
ille umero, hic lumbis, hic coxa debilis; ambos
perdidit ille oculos et luscis invidet; huius
pallida labra cibum accipiunt digitis alienis,
ipse ad conspectum cenae diducere rictum
suetus hiat tantum ceu pullus hirundinis, ad quem
ore volat pleno mater ieiuna. sed omni
membrorum damno maior dementia, quae nec
nomina servorum nec vultum agnoscit amici
cum quo praeterita cenavit nocte, nec illos
quos genuit, quos eduxit. nam codice saevo
heredes vetat esse suos, bona tota feruntur
ad Phialen; tantum artificis valet halitus oris,

qui adpetunt feminam cum coire non possint. 216 dicat v. quia per aetatem nec videt. 217 ut Virgilius [*Aen.* 5, 395] ‘gelidus tardante senecta sanguis hebet’. 219 id est omne genus aegritudinis. ut Terentius dicit [*Phorm.* 574] ‘rogas? senectus ipsa morbus est’. 220 Oppia moechos. facilius dicam numerum moechorum quos amavit Eppia. 221 Themison a. archiater illius temporis, cui detrahit. 222 Basilus. advocatum illo tempore praevaricatorem. 225 quot villas habeat ex tonsore hodie senator factus. 229 cheragra debilis, qui ab alio cibatur.

233 ad postremum quod desipes efficiuntur. 238 ad Phialen t. inpuram hanc fuisse demonstrat poeta in meritorio et arti-

214 exaudiat *p* 217 in *om.* ς 220 ippia *p* 221 uel themisus *adscriptum in P* uno tutor *P adiuncta uersui glossa nominis* Hirrus 222 circum scribserit *P* uel sepserit *superscriptum* 232 materiae luna *P* mater ieiuna *margo* 236 nam *P superscripto* uel iam saeuo *in litura P* 238 orbis *Ppr.*

quod steterat multis in carcere fornicis annis.
ut vigeant sensus animi, ducenda tamen sunt
funera natorum, rogus aspiciendus amatae
coniugis et fratris plenaeque sororibus urnae.
haec data poena diu viventibus, ut renovata
semper clade domus multis in luctibus inque
perpetuo maerore et nigra veste senescant.
rex Pylius, magno si quidquam credis Homero,
exemplum vitae fuit a cornice secundae.
felix nimirum, qui tot per saecula mortem
distulit atque suos iam dextra conputat annos,
quique novum totiens mustum bibit. oro, parumper
attendas quantum de legibus ipse queratur
fatorum et nimio de stamine, cum videt acris
Antilochi barbam ardentem, cum quaerit ab omni
quisquis adest socius, cur haec in tempora duret,
quod facinus dignum tam longo admiserit aevo.
haec eadem Peleus raptum cum luget Achillen,
atque alius cui fas Ithacum lugere natantem.
incolumi Troia Priamus venisset ad umbras
Assaraci magnis sollemnibus Hectore funus
portante ac reliquis fratrum cervicibus inter
Iliadum lacrimas, ut primos edere planctus
Cassandra inciperet scissaque Polyxena palla,
si foret extinctus diverso tempore, quo non
coeperat audaces Paris aedificare carinas.
longa dies igitur quid contulit? omnia vidit
eversa et flammis Asiam ferroque cadentem.

ficem ad inquietandum senis inguinem, quoniam diu ex eo prostiterit. 242 urnae vasa in quibus mortuorum ossa componebantur, postquam corpus arsisset. 246 Nestorem dicit qui dicitur tertiam usque aetatem vixisse, id est trecentos annos, ut dicit Homerus. 253 filium suum ploravit Antilochum, quem Memnon auxilium patri ferentem occidit in Troia. 257 Laertes propter Vlixen. 264 bene audaces, quia Helenam alienam uxorem ablaturae

239 steterat *P superscripto* uel fecerat 240 ducenta *Ppr.* sint *P*: sunt *pω* 241 Funeratorum *P corr. p* 245 senescat *P* uel cant *addidit p* 246 quiquam *P* 247 fuita *P* ita *in ras.* 253 nam quaerit *ω* quaeret *p* 256 achillem *p* 257 fas sit ithacum (*hoc in litura breuioris uocis*) *P* 259 magni *Ppr.* 261 sedere *Ppr.* 263 quo non *P*: uel quo iam *p* 266 Euersam *Ppr.*

tunc miles tremulus posita tulit arma tiara
et ruit ante aram summi Iovis ut vetulus bos,
qui domini cultris tenue et miserabile collum
praebet ab ingrato iam fastiditus aratro.
exitus ille utcumque hominis, sed torva canino
latravit rictu quae post hunc vixerat uxor.
festino ad nostros et regem transeo Ponti
et Croesum, quem vox iusti facunda Solonis
respicere ad longae iussit spatia ultima vitae.
exilium et carcer Minturnarumque paludes
et mendicatus victa Carthagine panis

erant. 267 tiara id est corybantio. ut Virg. [*Aen.* 2, 509] 'arma diu senior desueta trementibus aevo circumdat nequiquam umeris'. 271 excaecato Polymestore Hecuba cum saxis impelleretur a populo Thracum, versa in canem fertur. 273 Mithridates cum per quadraginta annos adversus Romanos dimicasset, cum Pharnacem filium suum post ceteros eius fratres voluisset occidere, ab omni relictus est exercitu et exhausto veneno periit accepto frequenter antidoto ut perire non posset. postea vero Pharnaces successit eius imperio. 274 cum enim interrogatus fuisset Solon a Croeso, si aliquem vidisset tam gloriose regnantem, ille dixit debere vitae ultimae eventum expectari. quem cum Cyrus captum victor vivum iussisset in rogo inponi, clamare coepit Solonem non sibi esse mentitum. 276 cum Sulla cum Iugurtha in Africa pugnaret, Marius supra ipsum ambiit et missus est. illo remoto vicit. postea cum denuo ad Mithridatem Sulla mitteretur et profectus esset in Campania, iterum coepit ambire supra eum. exinde discordia inter eos nata est. verum cum Sulla reverteretur, ob hanc causam Marius fugit et latuit in algis in Minturnarum paludibus. qui cum fuisset ibidem agnitus, in carcerem missus est. et cum carnifex ad occidendum eum missus esset, visa circa eum tanta maiestate vel quod fortuitu esset, relicto gladio pavens fugit ac rettulit cognita his, a quibus missus fuerat. illi eum dimitti iusserunt. qui cum fuisset dimissus, in Africam abiit, id est Carthaginem. ibidem solutis ergastulis Romam venit et omnes Sullanos occidit et receptus a Cinna tunc consule tenuit urbem, postea consul VII fuit, Sulla posito in bello. qui ante adventum Sullae fato suo mortuus est.

277 ut Lucanus [2, 69]. et mendicatus aucta Carthagine pacis. Carthaginem pro Africa posuit, cuius partem Numidiam vicerat

274 iustificanda *P correctum in margine* solonii *ut uidetur Ppr.* 275 longa et *P* longae *p* uel longe *superscriptum est*

hinc causas habuere; quid illo cive tulisset
natura in terris, quid Roma beatius umquam,
si circumducto captivorum agmine et omni
bellorum pompa animam exhalasset opimam,
cum de Teutonico vellet descendere curru?
provida Pompeio dederat Campania febres
optandas, sed multae urbes et publica vota
vicerunt, igitur Fortuna ipsius et urbis
servatum victo caput abstulit. hoc cruciatu
Lentulus, hac poena caruit ceciditque Cethegus
integer, et iacuit Catilina cadavere toto.
formam optat modico pueris, maiore puellis
murmure, cum Veneris fanum videt, anxia mater
usque ad delicias votorum. 'cur tamen' inquit
'corripias? pulchra gaudet Latona Diana.'
sed vetat optari faciem Lucretia qualem
ipsa habuit, cuperet Rutilae Verginia gibbum
accipere atque suum Rutilae dare. filius autem
corporis egregii miseros trepidosque parentes
semper habet; rara est adeo concordia formae
atque pudicitiae. sanctos licet horrida mores
tradiderit domus ac veteres imitata Sabinos,
praeterea castum ingenium vultumque modesto
sanguine ferventem tribuat natura benigna
larga manu — quid enim puero conferre potest plus
custode et cura natura potentior omni? —

Marius sub Iugurtha. 281 bellorum p. si triumphi in media pompa cum bellis finiret et vitam. de triumpho Gallico. 283 nam dicitur Pompeius mox quam suscepit bellum civile contra Caesarem, in Capua vehementer aegrotasse. et qui non potuit febri emori, servatus est ut a Caesare occideretur. 287 Lentulus qui proditor fuit, et Cethegus coniuratus Catilinae. laqueo quasi coniurati, non gladio perierunt. 292 Latona Diana. a maiore ad minus. 294 Virgineam Appius decemvir adamatam clienti quem ob hoc subornaverat, in servitutem addixerat. propter quod eam pater Virginius interemit. decemviris imperium abrogatum, Appius in carcere necatus est. 301 sanguinem ferventem. cito erubescentem.

282 dete utonico *P* deteu*tonico *p* 284 publice *Ppr.* 293 lueret in *P* lucretia *superscriptum* 294 cuperes *Ppr.* uirginea *P* uerginea *p* 295 suum *P* *quod explicaui mus. rhen. 42 p. 472*: suam *pω* (pulchritudinem *superscr. p*) 299 sabinos *P* (inos *in ras.*) sabinas *p* 300 modestum *p* 301 Sanguinem *Ppr.*

non licet esse viro. nam prodiga corruptoris
improbitas ipsos audet temptare parentes;
tanta in muneribus fiducia. nullus ephebum
deformem saeva castravit in arce tyrannus,
nec praetextatum rapuit Nero loripedem nec
strumosum atque utero pariter gibboque tumentem.
i nunc et iuvenis specie laetare tui, quem
maiora expectant discrimina. fiet adulter
publicus, et poenas metuit quascumque mariti
irati debet, nec erit felicior astro
Martis, ut in laqueos numquam incidat. exigit autem
interdum ille dolor plus quam lex ulla dolori
concessit; necat hic ferro, secat ille cruentis
verberibus, quosdam moechos et mugilis intrat.
sed tuus Endymion dilectae fiet adulter
matronae. mox cum dederit Servilia nummos,
fiet et illius quam non amat, exuet omnem
corporis ornatum; quid enim ulla negaverit udis
inguinibus, sive est haec Oppia sive Catulla?
deterior totos habet illic femina mores.
'sed casto quid forma nocet?' quid profuit immo
Hippolyto grave propositum, quid Bellorophonti?
erubuit nempe haec ceu fastidita repulsa,

304 inter viros permanere formonsus non potest. 314 Martis. qui cum Venere deprehensus est in adulterio. 317 piscis grandi capite, in postremis exilis. qui in podicem moechorum deprehensorum solebant inmitti. 318 tuus pulcher. Endymion pastor quem Luna adamavit. 319 Servilia. nomen cuiusdam mulieris turpissimae. 322 Op. quaelibet nobilis matrona. 323 deterior totos. nihil aliud praeter libidinem spectat. 326 fastidita repulso. Phaedra Minois filia, uxor Thesei noverca Hippolyti.

304 uiro *Iahnius*: uiros *P* uiris ω 308 nero loripedem nec *P in litura totum manu antiqua.* uel ω 310 Inunget *Ppr.*
311 expectant *P ut* ω, *non* expectent 312 metuet ω maritis Iratis *Rigaltius* mariti Ira sibi *Maduicus. poenas irati quascumque metuit eas debet cf. mus rhen. 43 p. 296* 313 debent *p cum glossa* exigere, *unde* Exigere irati d. *in P mutauit manus pessima*
322 ippia *p* catulla *ex* uatulla *P.* Catulla deterior *alii continuant* 323 totas *Ppr.* 325 graue positum *Ppr.* bellerofonti *S* 326 hac *Hauptius* repulso *P mutatum in* repulsa *manu aeque antiqua*

nec Stheneboea minus quam Cressa excanduit, et se
concussere ambae. mulier saevissima tunc est,
cum stimulos odio pudor admovet. elige quidnam
suadendum esse putes cui nubere Caesaris uxor
destinat. optimus hic et formosissimus idem
gentis patriciae rapitur miser extinguendus
Messalinae oculis; dudum sedet illa parato
flammeolo Tyriusque palam genialis in hortis
sternitur et ritu decies centena dabuntur
antiquo, veniet cum signatoribus auspex.
haec tu secreta et paucis commissa putabas?
non nisi legitime vult nubere. quid placeat dic.
ni parere velis, pereundum erit ante lucernas;
si scelus admittas, dabitur mora parvula, dum res
nota urbi et populo contingat principis aurem.
dedecus ille domus sciet ultimus; interea tu
obsequere imperio, si tanti vita dierum
paucorum. quidquid levius meliusve putaris,
praebenda est gladio pulchra haec et candida cervix.
  nil ergo optabunt homines? si consilium vis,
permittes ipsis expendere numinibus quid
conveniat nobis rebusque sit utile nostris.
nam pro iucundis aptissima quaeque dabunt di,
carior est illis homo quam sibi. nos animorum
inpulsu et caeca magnaque cupidine ducti
coniugium petimus partumque uxoris, at illis

327 Proeti uxor quae amavit Bellerophontem. 329 dum laesus amor irascitur. ut Virgilius [*Aen.* 5, 5] 'duri magno sed amore dolores polluto, notumque furens quid femina possit'. dum laesa aut contempta erubescit. 330 uxor Claudii Messalina, quae Gaio Silio palam nupsit inducto etiam Claudio ut ad tabulas dotales obsignaret, quod quasi de industria signarentur ad avertendum periculum quod imminere ipsi per quaedam portenta ostenderetur. 336 auspices, ut solebant nuptiis interesse. 337 clanculo celebrari. 342 interea dum ad illum pervenit crimen admissum, tu illi vel tibi fac satis. nam sive indulseris sive negaveris, tantundem erit. 346 obiectio cum interrogatione.

350 ipsi non petiti bona praestabunt. plus enim nos ipsis

327 et se ω: aesse *ut uidetur P* hę se *p superscripto* duae 334 ortis *P* 338 dic placeat quid *florilegium S. Galli* 343 sit *Ppr.* 344 leuius meliusue *p*: leiusque *P* melius leiusque ω 351 ducti *P*: capti ς

notum qui pueri qualisque futura sit uxor.
ut tamen et poscas aliquid voveasque sacellis
exta et candiduli divina tomacula porci,
orandum est ut sit mens sana in corpore sano.
fortem posce animum mortis terrore carentem,
qui spatium vitae extremum inter munera ponat
naturae, qui ferre queat quoscumque labores,
nesciat irasci, cupiat nihil et potiores
Herculis aerumnas credat saevosque labores
et venere et cenis et pluma Sardanapalli.
monstro quod ipse tibi possis dare, semita certe
tranquillae per virtutem patet unica vitae.
nullum numen habes, si sit prudentia, nos te,
nos facimus, Fortuna, deam caeloque locamus.

SATVRA XI

Atticus eximie si cenat, lautus habetur:
si Rutilus, demens. quid enim maiore cachinno
excipitur vulgi quam pauper Apicius? omnis
convictus thermae stationes, omne theatrum
de Rutilo. nam dum valida ac iuvenalia membra
sufficiunt galeae dumque ardet sanguine, fertur

cariores sumus quam nobis. 355 pinguia quaedam viscera.

359 labores. quicquid imperat natura. 361 s. v. q. l. id est laborum gloriam praeferat deliciis. 362 Sardanapallus rex Assyriorum luxuriosus. de quo Tullius in tertio de re publica sic ait 'Sardanapallus ille vitiis multo quam nomine ipso deformior'.

365 prudentia n. t. ne quidem deos, qui sapiat, timebit.

XI 1 ad Persicum scribit in eos qui ultra vires familiaris rei pretiosas epulas conparent ad extruenda convivia. 2 nunc poeta nomina duo posuit, cum de generalitate loquatur. per Atticum vero divitem vult intelligi quemlibet, per Rutilum autem pauperem.

3 convictus th. m. s. s. deest: loquuntur omnes. 6 dum

356 sano in corpore sana *floril. Frising. contra Dracontium de deo III 673* 359 ferra *Ppr.* dolores ς (*cf. mus. rhen. 46 p. 288*)

361 saeuusque *Ppr.* dolores *cod. Regin. 1799* 365 abest *p* noste *P*, te *in rasura*: sed te ω

XI de comparatione uictus *P* loquitur ad persicum *add. p* 3 omnis *P radendo facta* i *ex* l *aut* i *longiore* 4 Conuitus *p* statione sollemne theatru *P corr. p* 5 iuuenilia *p* 6 ardet *Guietus*: ardenti *P*ς ardens *p*ς ardent ς*Barthius*

non cogente quidem sed nec prohibente tribuno
scripturus leges et regia verba lanistae.
multos porro vides, quos saepe elusus ad ipsum
creditor introitum solet expectare macelli,
et quibus in solo vivendi causa palato est.
egregius cenat meliusque miserrimus horum
et cito casurus iam perlucente ruina.
interea gustus elementa per omnia quaerunt
numquam animo pretiis opstantibus; interius si
adtendas, magis illa iuvant quae pluris ementur.
ergo haut difficile est perituram arcessere summam
lancibus oppositis vel matris imagine fracta,
et quadringentis nummis condire gulosum
fictile; sic veniunt ad miscillanea ludi.
refert ergo quis haec eadem paret; in Rutilo nam
luxuria est, in Ventidio laudabile nomen
sumit et a censu famam trahit. illum ego iure
despiciam, qui scit quanto sublimior Atlans
omnibus in Libya sit montibus, hic tamen idem
ignoret quantum ferrata distet ab arca
sacculus. e caelo descendit *γνῶθι σεαυτὸν*
figendum et memori tractandum pectore, sive
coniugium quaeras vel sacri in parte senatus
esse velis — neque enim loricam poscit Achillis
Thersites, in qua se traducebat Vlixes —
ancipitem seu tu magno discrimine causam

iuuenis est. 8 id est se auctoraturus aut haec scripturus, quae iuris et consuetudinis erat ab isdem scribi, qui accepto pretio se in ludo distrahebant. 9 id est frequenter delusi ex pollicitatione redhibitionis ibi eos exspectant, ubi res aptae luxuriae distrahuntur. 19 hypallage. nam gulosum dixit pro eo quod gulosis paratur, fictile autem patinam accipiens vel caccabum gulosis cibis compositum. 20 id est cum non habeant unde manducent, distrahent se ad ludum. miscellania cibus gladiatorum. id est ultima cena. ideo miscellania, quia omnia quae apponuntur eis miscent et manducant. 24 id est pauper qui novit quantum distet a divite et tamen non se agnoscit et quasi dives luxuriatur.
27 Socratis philosophi dictum. 31 transducebat Vlixes.

16 emuntur *pω* 21 rutilionam *P* 23 Sumptus *Heinrichius* 24 scis *Ppr.* 26 Ignorat ς 30 neque *P* uel nec *superscr. p* 31 transducebat *Ppr.*

protegere adfectas, te consule, dic tibi qui sis,
orator vehemens an Curtius et Matho buccae.
noscenda est mensura sui spectandaque rebus
in summis minimisque, etiam cum piscis emetur,
ne mullum cupias, cum sit tibi gobio tantum
in loculis. quis enim te deficiente crumina
et crescente gula manet exitus, aere paterno
ac rebus mersis in ventrem faenoris atque
argenti gravis et pecorum agrorumque capacem?
talibus a dominis post cuncta novissimus exit
anulus, et digito mendicat Pollio nudo.
non praematuri cineres nec funus acerbum
luxuriae, sed morte magis metuenda senectus.
hi plerumque gradus: conducta pecunia Romae
et coram dominis consumitur; inde ubi paulum
nescio quid superest et pallet faenoris auctor,
qui vertere solum, Baias et ad ostrea currunt.
cedere namque foro iam non est deterius quam
Esquilias a ferventi migrare Subura.
ille dolor solus patriam fugientibus, illa
maestitia est, caruisse anno circensibus uno.
sanguinis in facie non haeret gutta, morantur
pauci ridiculum et fugientem ex urbe pudorem.
  experiere hodie numquid pulcherrima dictu,
Persice, non praestem vitae tibi moribus et re,

idoneum existimabat, transferebat. 34 et Matho buccae. iactanticuli qui tantum buccas inflant et nihil dicunt. 39 qui eventus subsequitur comestorem, cum crumenam non habeat? id est patrimonium. 44 id est non magis metuenda mors in iuventa luxuriantibus quam senectus. 51 id est tantum est illis deserere patriam suam vel forum, quantum si qui a Subura, frequentissima regione, ad Diocletianas migret, ubi solitudo est. 56 num non praestem vita quod verbis dicam. 57 intelleges, inquit,

34 an matho ω 35 suis *Ppr.* 37 Nec *p* 38 te *om. P add. p* crumina *P*, rumi *in rasura*: culina ς 39 gyla *Ppr.* 41 pecorū *ex* pecoris *P* 42 43 *post* 45 *ponit Kiaerius* 44 praematuri *p*: praematur ∗∗ *P* uel n (*quae littera ad erasa spectare uidetur*) *in margine* 49 hostria *P corr. in* hostrea 51 feruentis *Ppr.* 55 et fugientem ς *Priscianus GLK. II p. 389 et III p. 361*: effugientem *P*ω ex *in ras. P* 56 dictum *Ppr.* 57 uitae. *sic cum puncto P*: uita ω tibi *posui*: ∗∗∗ *P*, *quadrant uestigia rasorum in* sed (*potest quidem uel* tiui *fuisse uel aliud*), uel *p*ς nec ς seu ς sed ς. *mancus quondam uersus, an* quoque?

si laudem siliquas occultus ganeo, pultes
coram aliis dictem puero sed in aure placentas.
nam cum sis conviva mihi promissus, habebis
Euandrum, venies Tirynthius aut minor illo
hospes, et ipse tamen contingens sanguine caelum,
alter aquis, alter flammis ad sidera missus.
fercula nunc audi nullis ornata macellis.
de Tiburtino veniet pinguissimus agro
haedulus et toto grege mollior, inscius herbae
necdum ausus virgas humilis mordere salicti,
qui plus lactis habet quam sanguinis, et montani
asparagi, posito quos legit vilica fuso.
grandia praeterea tortoque calentia faeno
ova adsunt ipsis cum matribus, et servatae
parte anni quales fuerant in vitibus uvae,
Signinum Syriumque pirum, de corbibus isdem
aemula Picenis et odoris mala recentis
nec metuenda tibi, siccatum frigore postquam
autumnum et crudi posuere pericula suci.
haec olim nostri iam luxuriosa senatus
cena fuit. Curius parvo quae legerat horto

Persice, utrum praeceptis meis vita conveniat sed ne dum ego parcimonium laudo ideo siliquas posuit. [*Syrus*] 'luxuriae rictu'. 58 si laudem siliquas. id est parcitatem. nam proprie siliqua est qua legumina continentur. 61 nunc poeta vult hoc intelligi. cum, inquit, sis vir magnus, exciperis tamen a me hospitio paupere ut scilicet Hercules ab Euandro aut Aeneas. [*Aen.* 8, 362] 'haec, inquit, limina victor Alcides'. 63 Aeneas qui in Numicium fontem lapsus creditur consecratus. ideo ait aquis. flammis vero Hercules qui in Oeta monte se incendit non tolerans ardorem vestis, quam in sanguine Nessi Centauri tinctam causa paelicis Deianira ad vestiendum porrexit. 64 id est ordinem convivii hodierni quod tibi exhibiturus sum, exponam. 66 lactans qui adhuc herbam non contigit. 68 montani. quia sunt et in hortis. 70 recentia ova cum ipsis gallinis. 72 uvae quas suspensas servavimus. 77 id est veteres qui licet adhuc parce viverent, tamen iam anticum parcimonium egrediebantur. 78 de hoc Cicero in Catone maiore [55] 'Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites cum obtulissent, repudiati sunt. non enim

58 Si *P*: Sed *ω* caneo *Ppr.* 59 sed *in litura p* 62 contingit *p* 63 missus *ex* missis *aut* missi *P* 68 Qui• *P*

ipse focis brevibus ponebat holuscula, quae nunc
squalidus in magna fastidit compede fossor,
qui meminit calidae sapiat quid vulva popinae.
sicci terga suis rara pendentia crate
moris erat quondam festis servare diebus,
et natalicium cognatis ponere lardum
accedente nova, si quam dabat hostia, carne.
cognatorum aliquis titulo ter consulis atque
castrorum imperiis et dictatoris honore
functus ad has epulas solito maturius ibat
erectum domito referens a monte ligonem.
cum tremerent autem Fabios durumque Catonem
et Scauros et Fabricium, postremo severos
censoris mores etiam collega timeret,
nemo inter curas et seria duxit habendam
qualis in Oceano fluctu testudo nataret,
clarum Troiugenis factura et nobile fulcrum,
sed nudo latere et parvis frons aerea lectis
vile coronati caput ostendebat aselli,
ad quod lascivi ludebant ruris alumni.
tales ergo cibi, qualis domus atque supellex.
tunc rudis et Graias mirari nescius artes
urbibus eversis praedarum in parte reperta
magnorum artificum frangebat pocula miles,

aurum habere praeclarum sibi videri dixit, sed his qui habent aurum imperare'. 82 grate. in grate pendens laridum. 89 et rectum d. r. sola dignitate clari. 91 Fabricium. Fabium censorem dicit cui in censura Maximi nomen obvenit. qui luxuriam rei publicae damnans a collega Publio Decio postulavit ut aut ipse, quemadmodum ei videretur, mores hominum emendaret priorum censorum neglegentia perditos, aut pateretur se revocare pristinum civitatis statum, quorum si neutrum faceret, minitatus abdicaturum se magistratu. Decius ergo exterritus permisit ut quemadmodum vellet, rem publicam administraret se consentiente. 94 ut lectum testudineum haberet. 98 rustici infantes. 99 talia

81 Qui meminit *om. P* q memini. *infra adiecit p* quid *p*: qui *P* 82 grate *Ppr.* 85 carnem *ut uidetur Ppr.* 87 honore *p*: o*** *P* 90 rigidum uel catonem *sic ad* durumque *superscr. p* 91 fabricios *pω* postremo *P*: rigidique *ω* seueros *P*: al. serenos *p* 93 sibi *post* seria *erasum P* habendum *pω*
94 oceano *P*: oceani *pω* 99 *delebat Heinrichius* supellex] ellex *in litura p*, r *post* sup *P* 100 ruris *Ppr.*

ut phaleris gauderet ecus caelataque cassis
Romuleae simulacra ferae mansuescere iussae
imperii fato, geminos sub rupe Quirinos,
ac nudam effigiem clipeo venientis et hasta
pendentisque dei perituro ostenderet hosti.
ponebant igitur Tusco farrata catino:
argenti quod erat, solis fulgebat in armis.
omnia tunc, quibus invideas si lividulus sis.
templorum quoque maiestas praesentior, et vox
nocte fere media mediamque audita per urbem
litore ab Oceani Gallis venientibus et dis
officium vatis peragentibus. his monuit nos,
hanc rebus Latiis curam praestare solebat
fictilis et nullo violatus Iuppiter auro.
illa domi natas nostraque ex arbore mensas
tempora viderunt; hoc lignum stabat ad usus,
annosam si forte nucem deiecerat eurus.
at nunc divitibus cenandi nulla voluptas,
nil rhombus, nil damma sapit, putere videntur
unguenta atque rosae, latos nisi sustinet orbes
grande ebur et magno sublimis pardus hiatu
dentibus ex illis quos mittit porta Syenes
et Mauri celeres et Mauro obscurior Indus,
et quos deposuit Nabataeo belua saltu

convivia eorum quales et res familiares. 105 a dis, ut pueros nutriret Remum et Romulum. 106 Martis ad Iliam venientis ut concumberet. 108 cibos ex farre. qui cibus primus antiquorum fuit. 112 conturbantibus Gallis Senonibus repente vox monentis audita est, hostem caverent. itaque hostibus pulsis restituta urbe templum constitutum est et consecratum deae Monetae.
125 nam et apud Mauritaniam interiorem dicuntur nasci elephanti. unde et Hannibal habuit. praeterea hoc nam addunt, quod cum senserit se grandes habere dentes, in terram eos figat et inde abducto capite eos dimittat. 126 locus in India ubi nascuntur

103 aecus *P* equus *p* casis *Ppr.* 104 iussae *p*: *ex erasis pellucent mediae* st, *in margine adscriptum* uel iussę *et deletum postquam in ipso uersu repositum est* 106 Ac *P*: uel et *praeposuit p* uenientis *expunxit p superscripto* fulgentis (*sic* ω) 109 *om.* ς 110 tunc in quibus *Ppr.* 114 *ante* his *iam distinxi secutus P et Maduicum* 115 latis *Ppr.* 118 hos ω 123 ebenum *Iahnius*

iam nimios capitique graves. hinc surgit orexis,
hinc stomacho vires; nam pes argenteus illis,
anulus in digito quod ferreus. ergo superbum
convivam caveo, qui me sibi comparat et res
despicit exiguas. adeo nulla uncia nobis
est eboris, nec tessellae nec calculus ex hac
materia, quin ipsa manubria cultellorum
ossea. non tamen his ulla umquam obsonia fiunt
rancidula aut ideo peior gallina secatur.
sed nec structor erit cui cedere debeat omnis
pergula, discipulus Trypheri doctoris, aput quem
sumine cum magno lepus atque aper et pygargus
et Scythicae volucres et phoenicopterus ingens
et Gaetulus oryx hebeti lautissima ferro
caeditur et tota sonat ulmea cena Subura.
nec frustum capreae subducere nec latus Afrae
novit avis noster, tirunculus ac rudis omni
tempore et exiguae furtis inbutus ofellae.
plebeios calices et paucis assibus emptos

elephanti. 127 libido vescendi. 129 ut est, inquit, nobis vilis anulus ferreus, ita illis mensae pes argenteus, nisi fuerit elephanti dente composita. 137 pergula. coquina in qua boletaria ponuntur. 138 pygargus fera est in specie cervi quae retriores partes albas habet. ideo et dictus est pygargus, quia graece nates *πυγὴ* dicuntur et album *ἀργόν*. aut si pygargus avis genus, dagalopes appellatur. 139 Phasianus, *ἀπὸ τῆς Φάσιδος* copterus ingens. genus avis quae habet pennas colore phoenicio, in aqua semper est, abundans in Africa. huius rostrum tam prolixum est et curvum, ut nisi merso capite aqua in os ipsius non possit intrare. 140 oryx animal minus quam bubalus, quem Mauri uncem vocant. cuius pellis ad caetras proficit, scuta Maurorum minora. 141 quia lanionum codices maxime ex ulmis sunt.

142 infertor noster furtum facere ignorat, neque aut capreae carnis particulam aut alicuius avis subtrahens aliud novit rapere nisi

128 uires *expunxit p superscripto* bilis (*sic ω*) 130 comparat *ω*: comparet *P* 132 tesselę *Ppr.* cauculus *Ppr.* 133 Materiam *Ppr.* 136 credere *P sed prior* r *expuncta* 137 discipulos *Ppr.* 138 Sumite *P*: uel sumine *adscripsit p* 139 ponicopterus *P* uel phenix *margo* phenix. opterus *p* 141 tota *om. P*: s. (*i.* scilicet) tota *superscr. p* tota *ω* 142 capreę *p*: caprae *P* 144 furtis *P*: uel frustis *p*

porriget incultus puer atque a frigore tutus.
non Phryx aut Lycius, non a mangone petitus
quisquam erit: in magno cum posces, posce latine.
idem habitus cunctis, tonsi rectique capilli
atque hodie tantum propter convivia pexi.
pastoris duri hic est filius, ille bubulci.
suspirat longo non visam tempore matrem,
et casulam et notos tristis desiderat haedos,
ingenui vultus puer ingenuique pudoris,
quales esse decet quos ardens purpura vestit,
nec pupillares defert in balnea raucus
testiculos, nec vellendas iam praebuit alas,
crassa nec opposito pavidus tegit inguina guto.
hic tibi vina dabit diffusa in montibus illis
a quibus ipse venit, quorum sub vertice lusit;
namque una atque eadem est vini patria atque ministri.
forsitan expectes ut Gaditana canoro
incipiant prurire choro, plausuque probatae
ad terram tremulo descendant clune puellae —
spectant hoc nuptae iuxta recubante marito,
quod pudeat narrare aliquem praesentibus ipsis —
inritamentum veneris languentis et acres
divitis urticae, maior tamen ista voluptas

ofellam. 148 quisquam erit i. m. quales vendunt care manciparii. 150 deducti pectine capilli. 155 qui praetextati sunt. 156 ne pupillares. id est quales habent hi qui patres non habent, scilicet tumentes in licentia pueritiae. sed castus est.

159 hinc tibi vina. talis puer pincerna. 162 id est speras forsitan quod incipiant saltare delicatae ac pulchrae puellae Syriae. quoniam de Syris et Afris Gadis condita est. nunc, inquit, expectas apud me pantomimas aut lyristrias de Gadibus quod lasciviant. Martialis [5, 78] ita: ‘nec de Gadibus inprobis puellae vibrabunt sine fine prurientes lascivos docili tremore lumbos’. 163 incipiant pr. ch. quae suo motu faciunt barbatos pati pruriginem.

146 Porrigit *P* a *om. P add. p* 147 non—magno *delebat Guietus* 148 et magno *p* poscis *p* pasce *Ppr.* 151 est *om. P add. p* est hic ς 154 ingeniti *utrobique p* 156 Ne *P* pugillares *p* draucus ς 157 uellandas *p* 159 Hinc *P sed expuncta* n 161 *del. Marklandus* 163 Incipiant *P*: Incipiat *p* prurire *ex* plur- *P* 165 166 *post* 161 *uel circa* 171 *uel post* 202 *ponunt aut om.* ς 165 Expectant *P corr.* ω 166 aliquid *P corr. p* 167 ueneris *in litura totum P* 168 orticae *Ppr.*

alterius sexus; magis ille extenditur, et mox
auribus atque oculis concepta urina movetur.
non capit has nugas humilis domus. audiat ille
testarum crepitus cum verbis, nudum olido stans
fornice mancipium quibus abstinet, ille fruatur
vocibus obscaenis omnique libidinis arte,
qui Lacedaemonium pytismate lubricat orbem;
namque ibi fortunae veniam damus. alea turpis
turpe et adulterium mediocribus: haec eadem illi
omnia cum faciant, hilares nitidique vocantur.
nostra dabunt alios hodie convivia ludos,
conditor Iliados cantabitur atque Maronis
altisoni dubiam facientia carmina palmam.
quid refert, tales versus qua voce legantur?
  sed nunc dilatis averte negotia curis
et gratam requiem dona tibi: quando licebat
per totum cessare diem? non faenoris ulla
mentio nec prima si luce egressa reverti
nocte solet, tacito bilem tibi contrahat uxor
umida suspectis referens multicia rugis
vexatasque comas et vultum auremque calentem.
protinus ante meum quidquid dolet exue limen,
pone domum et servos et quidquid frangitur illis
aut perit, ingratos ante omnia pone sodales.
interea Megalesiacae spectacula mappae
Idaeum sollemne colunt, similisque Triumpho

170 irritata scilicet clunibus saltantium puellarum. 171 audeat ille. res aut luxurias. 172 testis nam antea percutiebant saltantibus pantomimis, quoniam hoc non erat ut mesochori percuterent manibus. 175 qui expuit supra marmor Lacedaemonium quo stratum est pavimentum. 180 conducitur Iliados. Virgilii sive Homeri versus. 186 mire nec ipsi Persico pepercit poeta.
187 et ita regressa est ut se prodat signis quibusdam concubuisse cum moecho. solent enim aures et vultus stupratis rubere.
188 Terentius [*Eun.* 645] 'postquam ludificatus est virginem, vestem scidit'. 193 hoc ideo quia Megalesia circenses ante solem prope edebantur. 194 de Ida matrem deum.

171 audeat *Ppr.* 178 faciunt ς 180 Conditor *p*: Conducitur *P* 183 curis *p*: curr•• *P* 184 licebit *pω*. *efferebant sine interrogatione* 187 •acito *P* uilem *Ppr.* 191 domum *p in ras. maiore* (*potuit esse* domante) illi *ut uidetur p*

praeda caballorum praetor sedet, ac mihi pace
inmensae nimiaeque licet si dicere plebis,
totam hodie Romam circus capit, et fragor aurem
percutit, eventum viridis quo colligo panni.
nam si deficeret, maestam attonitamque videres
hanc urbem veluti Cannarum in pulvere victis
consulibus. spectent iuvenes, quos clamor et audax
sponsio, quos cultae decet adsedisse puellae:
nostra bibat vernum contracta cuticula solem
effugiatque togam. iam nunc in balnea salva
fronte licet vadas, quamquam solida hora supersit
ad sextam. facere hoc non possis quinque diebus
continuis, quia sunt talis quoque taedia vitae
magna; voluptates commendat rarior usus.

SATVRA XII

Natali, Corvine, die mihi dulcior haec lux,
qua festus promissa deis animalia caespes

195 quoniam circensibus illis quos praetores edunt, unus est missus qui ordinarius dicitur. ideo praeda caballorum, quia hordeum pro illo die aurigae tollunt equorum. aut ideo praeda dixit, quoniam multi equi frangebantur in isdem circensibus. 198 qui colligo p. id est prasini ex clamore magno intelligo victoriam. 199 nam si defecerit. id est si vinceretur prasinus aut hoc spectaculum deficeret ut non essent circenses, sic tristem urbem videres ut si esset bello victa. 201 Varronem Terentium dicit et Paulum, quorum Paulus semet occidit, Varro autem fugit. cui triumphus decretus est, quia non penitus desperavit. iuvenibus spectacula concede, qui propter certamina sponsiones ponent, et delectat eos iuxta puellas spectare. 202 quia antiquitus solebant mulieres cum viris omnibus interesse spectaculis indifferenter. 204 salva., bene isdem poeta verbis verecundiam expressit. 208 parior usus, quidquid fit rariter, magis delectat.

195 Praedo *p* ac *ex* haec*?* *P* *post* 196 *lacunam significarat Iahnius* 199 defecerit *Ppr.* uideres *p*: uideret *P* 200 uicti *P corr. p* 202 acsedisse *P* assedisse *p* 203 uiuat *Ppr.* Combibet aestiuum c. c. s. *Priscianus p. 106* 205 quam quod *P corr. p* 208 parior *P corr. p*

XII de reditu Catulli (*fuerat* Catulini) *titulus in P* 2 dies *P* diis *p*: *superscriptum* deis

expectat. niveam reginae ducimus agnam,
par vellus dabitur pugnanti Gorgone Maura,
sed procul extensum petulans quatit hostia funem
Tarpeio servata Iovi frontemque coruscat,
quippe ferox vitulus templis maturus et arae
spargendusque mero, quem iam pudet ubera matris
ducere, qui vexat nascenti robora cornu.
si res ampla domi similisque adfectibus esset,
pinguior Hispulla traheretur taurus et ipsa
mole piger nec finitima nutritus in herba,
laeta sed ostendens Clitumni pascua sanguis
iret et a grandi cervix ferienda ministro
ob reditum trepidantis adhuc horrendaque passi
nuper et incolumem sese mirantis amici.
nam praeter pelagi casus et fulminis ictus
evasit. densae caelum abscondere tenebrae
nube una subitusque antemnas inpulit ignis,
cum se quisque illo percussum crederet et mox
attonitus nullum conferri posse putaret
naufragium velis ardentibus. omnia fiunt
talia tam graviter, si quando poetica surgit
tempestas. genus ecce aliud discriminis audi
et miserere iterum, quamquam sint cetera sortis
eiusdem pars dira quidem sed cognita multis
et quam votiva testantur fana tabella
plurima; pictores quis nescit ab Iside pasci?
accidit et nostro similis fortuna Catullo.

XII 3 Iunoni. alii Fortunae. 4 Minervae similis agna. quoniam in Mauritania iuxta Atlantem a Perseo est occisa Gorgon Medusa 5 iuvencus, qui funem qua ligatus est rumpit.

6 movet sicut telum quod coruscat. 9 ut Virgilius [*g*. 3, 232] 'atque irasci in cornua discit arboris obnixus trunco'. 13 fluvius qui Trevis civitatem Flaminiae interfluit. 14 sacerdote. aut qui sacrificia occidunt, ministri. 27 quam naufragio liberati ponunt. antiquitus enim solebant qui naufragio liberati essent, pro voto pingere tabellas et in templo Isidis ponere.

4 bellus *Ppr.* purante *P* (r *minus certa*) *corr. p* 8 ubera matris *om. P add. p* 13 Laetas et *P* sanguis *etiam Seruius Aen. VIII 106* 14 a *om. Ppr.* 17 fulminis *P*: uel fulgoris *p* ictum *ω* 18 uel euasū *superscr. p* 23 tamq. grauis *p* 24 Tempestatis *P corr. p* 29 *damnarat Iahnius* et nos nostros *ante lituram P sed* nos *incertum*

cum plenus fluctu medius foret alveus et iam
alternum puppis latus evertentibus undis
arboris incertae, nullam prudentia cani
rectoris cum ferret opem, decidere iactu
coepit cum ventis, imitatus castora qui se
eunuchum ipse facit cupiens evadere damno
testiculi; adeo medicatum intellegit inguen.
'fundite quae mea sunt' dicebat 'cuncta' Catullus
praecipitare volens etiam pulcherrima, vestem
purpuream teneris quoque Maecenatibus aptam,
atque alias quarum generosi graminis ipsum
infecit natura pecus, sed et egregius fons
viribus occultis et Baeticus adiuvat aer.
ille nec argentum dubitabat mittere, lances
Parthenio factas, urnae cratera capacem
et dignum sitiente Pholo vel coniuge Fusci;
adde et bascaudas et mille escaria, multum
caelati, biberat quo callidus emptor Olynthi.
sed quis nunc alius, qua mundi parte quis audet
argento praeferre caput rebusque salutem?
non propter vitam faciunt patrimonia quidam,
sed vitio caeci propter patrimonia vivunt.

30 plena navis ex unda. latus dabat navis. et arbore coacta. 34 castorem bebrum dicit, qui cum viderit se obsideri et non posse evadere, testiculos suos morsu avulsos proicit. intelligit enim ob hanc rem se capi, quia ad medicamina valde sunt necessarii. 44 Parthenios caelatoris nomen. 45 unus de Centauris. uxor Fusci ebriosa fuit. 46 mascaudas. vasa ubi calices lavantur. et caccabos.

47 Philippus pater Alexandri magni, cui Olynthum Macedoniae civitatem Lasthenes et Euthycrates prodiderunt. qui cum a Philippo proditores se nuncupari saepe audissent, vitam laqueo finierunt. 51 id est multi sunt qui ob hanc causam colligunt patrimonia, ut tantum haec habeant, ut non utantur sed avaritiae satisfaciant.

32 incerte *P*: incerto *p* Arbori incertae *Lachmannus iungens cum* conferret 33 comferet *P corr. in* cumf-: conferret *p* 36 Testiculi *p Seruius g. I 58*: Testicul *P* Testiculorum *ω* 37 catullis *Ppr.*

38 uolens *om. P add. p* 42 adiuunabit *Ppr.* *post* aer *in margine P scriptus sed erasus uersus* 46 43 dubitat *Ppr.* 44 Parthenios *Ppr.* 45 polo *Ppr.* 46 mascaudas *P*: bascaudas *p* escalia *p*

47 quod *Ppr.* pallidus *P*: uel callidus *p* 50 51 *delebat Bentleius*

iactatur rerum utilium pars maxima, sed nec
damna levant. tunc adversis urguentibus illuc
reccidit ut malum ferro summitteret, ac se
explicat angustum: discriminis ultima, quando
praesidia adferimus navem factura minorem.
i nunc et ventis animam committe dolato
confisus ligno, digitis a morte remotus
quattuor aut septem, si sit latissima, taedae;
mox cum reticulis et pane et ventre lagonae
aspice sumendas in tempestate secures.
sed postquam iacuit planum mare, tempora postquam
prospera vectoris fatumque valentius euro
et pelago, postquam Parcae meliora benigna
pensa manu ducunt hilares et staminis albi
lanificae, modica nec multum fortior aura
ventus adest, inopi miserabilis arte cucurrit
vestibus extentis et quod superaverat unum
velo prora suo. iam deficientibus austris
spes vitae cum sole redit. tunc gratus Iulo
atque novercali sedes praelata Lavino
conspicitur sublimis apex, cui candida nomen
scrofa dedit, laetis Phrygibus miserabile sumen,
et numquam visis triginta clara mamillis.
tandem intrat positas inclusa per aequora moles

54 recidit. res pervenit ad hoc ut arborem breviorem faceret ac per hoc succideret. 59 taedae. id est navis de pinu. pro qualibet posuit materia. ut [*Aen.* 9, 85] 'pinea silva mihi'. 60 cum reticulis. quod nautae ibi scilicet adsumptum viaticum ponunt. 61 inter sitarchiam et securem necessarium puto ad navem vehendam. 68 vestibus funibus. aut vestibus velis accipe. aliqui dicunt artemonem. 69 id est artemone solo velificaverunt. 71 Albam Longam significat quam condidit Iulus Ascanius concessa novercae sui nominis civitate, id est Lavinio.

73 aut mirabile quia XXX fetus habuit, aut miserabile quod

54 Recidit *P* hac ς 57 animam *P*: uel mum *superscr. p* d•lato *P corr. p* 59 lautissima *P corr. p* taedae *P quod restitui* (*τριδάκτυλον αὐτοὺς σῴζει ξύλον πεύκινον Dio Chr. or. 64 p. 331 R.*): taeda *pω* 61 Respice *Iahnius* 62 tacuit *Ppr.* 63 uectores *p*(*cum glossa* gubernatores adepti sunt) euro *ex* eure *ut uidetur P*

64 benignae *Ppr.* (*etiam* be *in rasura*) 67 inopia *Ppr.* artes *Ppr.* 68 extensis *p* 69 austris] stris *p in litura, P plus habuit litterarum quam* auris, *in margine relictum est* uel austris

71 nouercalis aedes *p* Lauinio *de Rooy* 73 miserabile *PS*: mirabile *pS* 75 equore *Ppr.*

Tyrrhenamque pharon porrectaque bracchia rursum
quae pelago occurrunt medio longeque relinqunt
Italiam; non sic igitur mirabere portus
quos natura dedit. sed trunca puppe magister
interiora petit Baianae pervia cumbae
tuti stagna sinus. gaudent ibi vertice raso
garrula securi narrare pericula nautae.
ite igitur, pueri, linguis animisque faventes
sertaque delubris et farra inponite cultris
ac mollis ornate focos glaebamque virentem.
iam sequar et sacro, quod praestat, rite peracto
inde domum repetam, graciles ubi parva coronas
accipiunt fragili simulacra nitentia cera.
hic nostrum placabo Iovem Laribusque paternis
tura dabo atque omnis violae iactabo colores.
cuncta nitent, longos erexit ianua ramos
et matutinis operatur festa lucernis.
nec suspecta tibi sint haec, Corvine. Catullus
pro cuius reditu tot pono altaria, parvos
tres habet heredes. libet expectare quis aegram
et claudentem oculos gallinam inpendat amico
tam sterili, verum haec nimia est inpensa, coturnix
nulla umquam pro patre cadet. sentire calorem
si coepit locuples Gallitta et Pacius, orbi
legitime fixis vestitur tota libellis

miseratum sit Phrygibus. 76 quia Traianus portum Augusti restauravit in melius et interius tutiorem sui nominis fecit. 77 pelago c. r. m. l. r. intrant intra mare et dimittunt terram solidam. 78 id est non sunt ita mirandi portus naturales quam qui manu fiant. 84 coronas. immolatis hostiis. 86 rite peractum. sacrificio completo. 90 violae nam multorum colorum sunt, purpureae albae aureae. 91 coronatae ianuae lauro.

92 sacrificat inde. ut Virg. [*g.* 1, 339] 'laetis operatus in herbis'. 97 mirum est ut amico filios habenti aliquis amicorum tam inpensus obsequatur, cum haec pro hereditate capienda fieri soleat inpensa. ironia. ad sterilitatem rettulit. 98 coturnix n. occiditur pro patre febricitante, non ut dicam pro amico paupere.

77 currunt *P*: occurrunt *ω Seruius Aen. X 693* relinqunt *P*, n *posteriorem in ras.* 81 Tunc stagnante sinu *p* ubi *p* 86 restat *p* peractum *P corr. p* 92 operantur *P* n *expunxit p* 93 ibi *Ppr.* 99 paccius *p* orbus *ς* 100 Legitimi *Ppr.*

porticus, existunt qui promittant hecatomben,
quatenus hic non sunt nec venales elephanti,
nec Latio aut usquam sub nostro sidere talis
belua concipitur, sed furva gente petita
arboribus Rutulis et Turni pascitur agro,
Caesaris armentum nulli servire paratum
privato, siquidem Tyrio parere solebant
Hannibali et nostris ducibus regique Molosso
horum maiores ac dorso ferre cohortis,
partem aliquam belli et euntem in proelia turrem.
nulla igitur mora per Novium, mora nulla per Histrum
Pacuvium, quin illud ebur ducatur ad aras
et cadat ante Lares Gallittae victima sola
tantis digna deis et captatoribus horum.
alter enim, si concedas, mactare vovebit
de grege servorum magna aut pulcherrima quaeque
corpora, vel pueris et frontibus ancillarum
inponet vittas, et siqua est nubilis illi
Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, etsi
non sperat tragicae furtiva piacula cervae.
laudo meum civem, nec comparo testamento
mille rates; nam si Libitinam evaserit aeger,
delebit tabulas inclusus carcere nassae
post meritum sane mirandum atque omnia soli
forsan Pacuvio breviter dabit, ille superbus

103 in urbe Roma non invenitur. 104 fulva gente p. nigra. de India. 105 apud Lavinium, id est in Etruria.

108 Pyrrho Epirotarum regi, qui pro Tarentinis adversum Romanos bis pugnavit et victor bis exsutus est castris. ex cuius nomine est pyrrica. et ipse dicit [10, 158] 'cum Gaetula ducem p. b. l.' et Pompeius elephantis vectus est per triumphum. 111 id est nulla mora erit heredipetis, si etiam hoc genus emere liceat et immolare, quin et ipsud faciant. 113 et cadet ante Lares. ante aras deorum penatium. 115 id est etiam aliquanti de his, si liceret, de servis sacrificium facerent. 118 etiam filiam devovet

104 fulva *p* 107 parere *P superscriptum pro uaria lectione* seruire 108 rectique *Ppr.* 109 cohortes *p* 110 belliq. et *p* 111 nulla per histrum *om. P add. p* (istram) *et* ω 112 Pacubium *P*, *similiter* 125 128; u *pro* b *p hic et* 125 113 cadat *ex* cadet *P* uictima sacra ω 116 aut ς: ut *P* et *p*ω quamque *P corr. p* 117 et frontibus ancillarum *add. p*, *P inperfectum uersum reliquerat* 118 nubilis *P*: uel nobilis *p*

incedet victis rivalibus. ergo vides quam
grande operae pretium faciat iugulata Mycenis.
vivat Pacuvius quaeso vel Nestora totum,
possideat quantum rapuit Nero, montibus aurum
exaequet, nec amet quemquam nec ametur ab ullo.

LIBER QVINTVS

SATVRA XIII

Exemplo quodcumque malo committitur, ipsi
displicet auctori. prima est haec ultio quod se
iudice nemo nocens absolvitur, improba quamvis
gratia fallaci praetoris vicerit urna.
quid sentire putas omnes, Calvine, recenti
de scelere et fidei violatae crimine? sed nec
tam tenuis census tibi contigit, ut mediocris
iacturae te mergat onus, nec rara videmus
quae pateris; casus multis hic cognitus ac iam
tritus et e medio fortunae ductus acervo.
ponamus nimios gemitus. flagrantior aequo
non debet dolor esse viri nec vulnere maior.
tu quamvis levium minimam exiguamque malorum
particulam vix ferre potes spumantibus ardens
visceribus, sacrum tibi quod non reddat amicus
depositum? stupet haec qui iam post terga reliquit
sexaginta annos Fonteio consule natus?
an nihil in melius tot rerum proficit usu?

ad sacrificium, qum sciat non eam posse eripi a Diana ut Iphigeniam. 127 filia Agamemnonis. veluti filia captatoris. ironia.

128 totum. tribus saeculis.

XIII 1 ita mali virtutem esse ait, ut displiceat quod male committitur. 3 haec est magna poena, quod si qui peccaverit, suo iudicio damnatur. 4 urna. pro sorte. 11 pone quod debeas tristari, sed ita ut oportet, secundum damnum. 16 interrogative ipsi increpat. id est haec seni nova videri non debent. 18 tanti

128 tantum *florilegium S. Galli* 130 iuni iuuenalis saturarum liber IIII explicit | incipit liber quintus saturarum *subscriptum in P*

XIII *sine titulo P* 4 fallacis *p* urnā *p* 5 homines *Ribbeckius* 6 fide *Ppr.* 9 cognitu *Ppr.* 12 ueri *Ppr.*

14 potest *Ppr.* 18 At *p* Ac ς proficis *pω* usus *Iahnius ex S*

magna quidem, sacris quae dat praecepta libellis,
victrix fortunae sapientia, ducimus autem
hos quoque felices, qui ferre incommoda vitae
nec iactare iugum vita didicere magistra.
quae tam festa dies, ut cesset prodere furem
perfidiam fraudes atque omni ex crimine lucrum
quaesitum et partos gladio vel pyxide nummos?
rari quippe boni, numera, vix sunt totidem quot
Thebarum portae vel divitis ostia Nili.
nunc aetas agitur peioraque saecula ferri
temporibus, quorum sceleri non invenit ipsa
nomen et a nullo posuit natura metallo.
nos hominum divumque fidem clamore ciemus,
quanto Faesidium laudat vocalis agentem
sportula? dic, senior bulla dignissime, nescis
quas habeat veneres aliena pecunia? nescis
quem tua simplicitas risum vulgo moveat, cum
exigis a quoquam ne peieret et putet ullis
esse aliquod numen templis araeque rubenti?
quondam hoc indigenae vivebant more, priusquam
sumeret agrestem posito diademate falcem
Saturnus fugiens, tunc cum virguncula Iuno
et privatus adhuc Idaeis Iuppiter antris,
nulla super nubes convivia caelicolarum
nec puer Iliacus formonsa nec Herculis uxor

temporis usus non tibi proficit? 22 translative. qui non reluctantur contra necessitatem. 25 puxide nummos. veneno aut gladio. 27 quia septem portas habent Thebae et septem ostia Nilus. et septem sunt sapientes. 32 ut ostendat Faesidium conductos tunc habuisse qui eum agentem causas magna voce laudarent. 33 inrisive. quasi iterum puer. hoc ex proverbio graeco δὶς παῖδες οἱ γέροντες. ceterum bullae qui usus aut a quo inventus fuerit, supra [5, 164] dictum est. 37 sanguinulentae. vel ex igni. 43 inrisiones per immutationes formarum.

26 numero uix sunt *pω*: *plane deletum est quod P post* numer *scripserat*, *prima autem littera* a *fuit* (*itaque etiam superscriptum pro uaria lectione* o uix sunt), *fortasse* numerauis. *restitui igitur* numera. numeres *Schurzfleischius* 28 Nona aetas *pω id erat* Non *interrogatiue* 29 ipsa *p in litura amplioris uerbi*****nsa 36 illis *Parisina* ipsi *Sangallense floril.*

ad cyathos, etiam siccato nectare tergens
bracchia Vulcanus Liparaea nigra taberna,
prandebat sibi quisque deus, nec turba deorum
talis ut est hodie, contentaque sidera paucis
numinibus miserum urguebant Atlanta minori
pondere, nondum aliquis sortitus triste profundi
imperium aut Sicula torvos cum coniuge Pluton,
nec rota nec Furiae nec saxum aut vulturis atri
poena, sed infernis hilares sine regibus umbrae.
inprobitas illo fuit admirabilis aevo,
credebant quo grande nefas et morte piandum
si iuvenis vetulo non adsurrexerat et si
barbato cuicumque puer, licet ipse videret
plura domi fraga et maiores glandis acervos;
tam venerabile erat praecedere quattuor annis,
primaque par adeo sacrae lanugo senectae.
nunc si depositum non infitietur amicus,
si reddat veterem cum tota aerugine follem,
prodigiosa fides et Tuscis digna libellis
quaeque coronata lustrari debeat agna.
egregium sanctumque virum si cerno, bimembri
hoc monstrum puero vel mirandis sub aratro

44 exsiccato faeculento aut liquefacto. 48 quia dicunt eum caelum sustinere. ut Virgilius [*Aen.* 4, 482] 'axem umero torquet stellis ardentibus aptum'. 50 id est cum adhuc nec Iuppiter regnum caeleste teneret nec Neptunus mare nec Pluton inferna cum Proserpina. 51 rota in qua Ixion dicitur volvi. saxum quod Sisyphus volvit. vulturem qui iecur Tityi comedit. 57 deferebat puer iuveni, licet in domo sua esset ditior. divitiae autem in fragis et in glande taxabantur. 59 primaque c. d. s. l. s. ita, inquit, videbatur venerabile aetas, ut pueri maioribus se annis quattuor deferre ut senibus adfectarent. 61 aeris vitium aerugo dicitur,

44 At cyatos *P*: s *ante* c *superscr. p* (*uoluit opinor* set *pro* et *errauitque loco*) etiam *coniunxi secutus P*: et iam *uolgo* 45 nigra *P*, uel nigna *sic superscr. p* 48 miserum *in litura P*, *adtestantur Priscianus p. 346 et schol. Stat. Theb. V 440* 49 aliquis *om. P add. tamquam scholion p* 50 toruus *p* 52 sed *om. P add. tamquam scholion p* 54 quod *p*ω (cedebant *supra* Cr- *et* esset *supra* nefas *adscr. p*) 57 fraga *P*: uel farra *p* 58 Tam *P*: uel tum *p*. *idem coniecerat Iahnius* 59 caradeo *P corr. p* (*et supra scriptum est* uel par adeo) 65 uel *p*ς: et *P ut uidetur et* ω *qui principium uersus faciunt* Vt mirandis *P*: miranti *tum* mirantis *fecit p*

piscibus inventis et fetae comparo mulae,
sollicitus, tamquam lapides effuderit imber
examenque apium longa consederit uva
culmine delubri, tamquam in mare fluxerit amnis
gurgitibus miris et lactis vertice torrens.
  intercepta decem quereris sestertia fraude
sacrilega. quid si bis centum perdidit alter
hoc arcana modo? maiorem tertius illa
summam, quam patulae vix ceperat angulus arcae?
tam facile et pronum est superos contemnere testes,
si mortalis idem nemo sciat. aspice quanta
voce neget, quae sit ficti constantia vultus.
per Solis radios Tarpeiaque fulmina iurat
et Martis frameam et Cirrhaei spicula vatis,
per calamos venatricis pharetramque puellae
perque tuum, pater Aegaei Neptune, tridentem,
addit et Herculeos arcus hastamque Minervae,
quidquid habent telorum armamentaria caeli.
si vero et pater est, 'comedam' inquit 'flebile nati
sinciput elixi Pharioque madentis aceto'.
  sunt in fortunae qui casibus omnia ponant
et nullo credant mundum rectore moveri
natura volvente vices et lucis et anni,
atque ideo intrepidi quaecumque altaria tangunt.
est alius metuens ne crimen poena sequatur,
hic putat esse deos et peierat, atque ita secum:
'decernat quodcumque volet de corpore nostro
Isis et irato feriat mea lumina sistro,
dummodo vel caecus teneam quos abnego nummos.
et phthisis et vomicae putres et dimidium crus
sunt tanti. pauper locupletem optare podagram
nec dubitet Ladas, si non eget Anticyra nec

ferri rubigo. 66 prodigia quae bellum Caesaris et Pompei civile praecesserunt. 70 aut lacteis aut sanguineis. 78 Capitolini Iovis. 80 κατὰ κοινοῦ. per omnes deos iurat. 89 sine ullo timore peierant. 94 id est si pro ingenti pretio ferenda est caecitas. 97 Ladas fuit inter nobilissimos cursores Olympico certamine, qui aemulus Talaris eandem gloriae palmam tulit, sed

69 amnis *om. P add. p* 70 miniis *Porson. puto* diris 83 armentaria *Ppr.* 86 in *om. P add. p* 90 *damnarat Iahnius* 95 thisis *P*, t *ex* p *opinor* 97 laudas *p*

Archigene; quid enim velocis gloria plantae
praestat et esuriens Pisaeae ramus olivae?
ut sit magna tamen, certe lenta ira deorum est;
si curant igitur cunctos punire nocentes,
quando ad me venient? sed et exorabile numen
fortasse experiar, solet his ignoscere. multi
committunt eadem diverso crimina fato:
ille crucem sceleris pretium tulit, hic diadema’.
sic animum dirae trepidum formidine culpae
confirmat, tunc te sacra ad delubra vocantem
praecedit, trahere immo ultro ac vexare paratus.
nam cum magna malae superest audacia causae,
creditur a multis fiducia. mimum agit ille,
urbani qualem fugitivus scurra Catulli:
tu miser exclamas, ut Stentora vincere possis,
vel potius quantum Gradivus Homericus: ‘audis,
Iuppiter, haec, nec labra moves, cum mittere vocem
debueris ‘vel marmoreus vel aeneus? aut cur
in carbone tuo charta pia tura soluta
ponimus et sectum vituli iecur albaque porci
omenta? ut video, nullum discrimen habendum est
effigies inter vestras statuamque Vagelli’.
  accipe quae contra valeat solacia ferre
et qui nec cynicos nec stoica dogmata legit

apud Elidem coronatus est. 99 aut quid praestat eum Olympia coronari in Elia, ubi athletae habent Olympiacum certamen?

105 ut Romulus pro commisso scelere non dedit poenas, sed imperium adeptus est. 109 nam cum, inquit, hominis qui malam causam habet, id est qui denegat alienum, visa fuerit improba contentio, audacia, creditur innocens, ut mimum urbani scurrae agere hac inrisione audaciae videatur. talis est enim mimus ubi servus fugitivus dominum suum trahit. Catullus mimographus fuit.

112 praeconem Graecorum. quia antiqui tubas non habebant. 113 Mars cum plagatus est a Diomede. 119 statuamque agelli. ut video, inquit, interest nihil inter vos et Vagellium qui, ut vos, stultissimam accepit statuam. 121 dicit cynicorum et stoicorum dogma convenire, tantum veste distare. nam cynica mater haeresis stoicae. cynici absque t. pallio exerto bracchio.

103 is *Ppr.* 107 Confirmat ς *et S in cod. Sangallensi, non in P*: Confirmant *P*ω ad *ex* ac *P* 119 agelli *P* bacelli *p*

a cynicis tunica distantia, non Epicurum
suspicit exigui laetum plantaribus horti.
curentur dubii medicis maioribus aegri:
tu venam vel discipulo committe Philippi.
si nullum in terris tam detestabile factum
ostendis, taceo, nec pugnis caedere pectus
te veto nec plana faciem contundere palma,
quandoquidem accepto claudenda est ianua damno,
et maiore domus gemitu, maiore tumultu
planguntur nummi quam funera; nemo dolorem
fingit in hoc casu, vestem diducere summam
contentus, vexare oculos umore coacto:
ploratur lacrimis amissa pecunia veris.
sed si cuncta vides simili fora plena querella,
si decies lectis diversa parte tabellis
vana supervacui dicunt chirographa ligni,
arguit ipsorum quos littera gemmaque princeps
sardonychum, loculis quae custoditur eburnis,
ten — o delicias — extra communia censes
ponendum, quia tu gallinae filius albae,
nos viles pulli nati infelicibus ovis?
rem pateris modicam et mediocri bile ferendam,
si flectas oculos maiora ad crimina. confer
conductum latronem, incendia sulpure coepta
atque dolo, primos cum ianua colligit ignes;
confer et hos, veteris qui tollunt grandia templi
pocula adorandae robiginis et populorum
dona vel antiquo positas a rege coronas;
haec ibi si non sunt, minor exstat sacrilegus qui

122 Epicurum. nam in hortis, otio et voluptate disputat. 124 per allegoriam sufficere se dicit in solacium amico damnum maerenti. 133 lacrimis extortis. Terentius [*Eun.* 67] 'una hercle falsa lacrimula'. Virgilius [*Aen.* 4, 449] 'mens immota manet, lacrimae volvuntur inanes'. 137 negant suas esse manus.

139 quia in locellis eburneis gemmas solent reponere. 141 proverbium vulgare. 142 Virgilius [*Aen.* 11, 372] 'nos animae

124 Currentur *Ppr.* 125 ueniam *P corr. p* 131 dolores *p* 132 deducere *ω* 139 *post* 140 *positum habet P sed addita signa inuersionis* Sardonichus *p* 140 Teno *P*: Tenunc *p* 141 quid? *Heinrichius* 143 ferenda *Ppr.* 144 confert *Ppr.* 147 ueteres *P* 148 rob- *P mutatum in* rub-

radat inaurati femur Herculis et faciem ipsam
Neptuni, qui bratteolam de Castore ducat —
an dubitet solitus totum conflare Tonantem? —
confer et artifices mercatoremque veneni
et deducendum corio bovis in mare, cum quo
clauditur adversis innoxia simia fatis.
haec quota pars scelerum, quae custos Gallicus urbis
usque a lucifero donec lux occidat audit?
humani generis mores tibi nosse volenti
sufficit una domus; paucos consume dies et
dicere te miserum, postquam illinc veneris, aude.
quis tumidum guttur miratur in Alpibus aut quis
in Meroe crasso maiorem infante mamillam?
caerula quis stupuit Germani lumina, flavam
caesariem et madido torquentem cornua cirro?
nempe quod haec illis natura est omnibus una.
ad subitas Thracum volucres nubemque sonoram
Pygmaeus parvis currit bellator in armis,
mox inpar hosti raptusque per aera curvis
unguibus a saeva fertur grue. si videas hoc
gentibus in nostris, risu quatiare; sed illic,
quamquam eadem adsidue spectentur proelia, ridet
nemo, ubi tota cohors pede non est altior uno.
'nullane peiuri capitis fraudisque nefandae
poena erit?' abreptum crede hunc graviore catena
protinus et nostro — quid plus velit ira? — necari

viles'. 151 dropacistas dicit, qui cera de inauratis statuis aurum tollunt. 154 dubium, venditorem an emptorem dicat.
156 simia et serpens clauditur cum parricida et in mare mittitur. 157 nomen praefecti vigilum. qui institutus est, postquam Galli Capitolium paene ceperunt. 164 glaucos oculos et capillos rubeos. 167 ad fluvium Strymonem. 168 aut quis debeat mirari Pygmaeos cum gruibus pugnantes? 'quorum hoc est studium semper'. quia parvi sunt corpore. 174 ἀνθυποφορά. quasi obiectio. ergo nulla poena manet eos qui peierant? 175 poena erit a. r. t. id est puta quod maioribus poenis afficitur quam ani-

153 cum flare *P* 155 bobis *Ppr.* 163 mero *P corr. p* 164 quis *p*: qui *P* flauam] uam *in ras. P* 165 cornua cirro *add. p ut uidetur* 168 paruis *P* (*non* puruis) *cum* a *aperta qualem scriba raro adhibuit* 174 peiuri *ex* peiori *P* 175 abreptum *P*: uel affectum *p* 176 qui *P corr.* ω

arbitrio: manet illa tamen iactura nec umquam
depositum tibi sospes erit, sed corpore trunco
invidiosa dabit minimus solacia sanguis.
'at vindicta bonum vita iucundius ipsa.'
nempe hoc indocti, quorum praecordia nullis
interdum aut levibus videas flagrantia causis,
quantulacumque adeo est occasio sufficit irae:
Chrysippus non dicet idem nec mite Thaletis
ingenium dulcique senex vicinus Hymetto,
qui partem acceptae saeva inter vincla cicutae
accusatori nollet dare. plurima felix
paulatim vitia atque errores exüit, omnes
prima docet rectum sapientia. quippe minuti
semper et infirmi est animi exiguique voluptas
ultio. continuo sic collige, quod vindicta
nemo magis gaudet quam femina. cur tamen hos tu
evasisse putes, quos diri conscia facti
mens habet attonitos et surdo verbere caedit
occultum quatiente animo tortore flagellum?
poena autem vehemens ac multo saevior illis
quas et Caedicius gravis invenit et Rhadamanthus,
nocte dieque suum gestare in pectore testem.
Spartano cuidam respondit Pythia vates

mus tuus exposcit, quid tibi prodest? 178 id est etiamsi decolletur, nihil inde lucri habebis nisi invidiosam defensionem. sed dicis: bona res est vindicari. 184 non hoc praecipit philosophia, ut rependantur malis vices. 187 generaliter. quicumque felix, idemst doctus et sapiens. potior ergo est sapientia quam felicitas, siquidem illa paulatim amittit, haec statim purgat. 197 Caedicium aulicum Neronis crudelissimum fuisse vult intelligi. satellitem Neronis. 199 Glaucum dicit genere Spartanum, qui creditum fidei suae thesaurum a Milesio quodam repetentibus hanc pecuniam heredibus filiis eiusdem Milesii reddere dubitavit, cum Apollinem consuluisset quid sibi suaderet, fraudaretne peiurio, quod ad sacramentum vocaretur, aut sine sacramento fidei commissum redderet.

178 si *Weidner* 179 solatia *P notabili ob raritatem uitio* 180 bonum] est *add. p tam grande ut emendantis, non interpretantis uideatur esse, simile tamen* est *additum post* uehemens 196 182 fraglantia *P* 183 *damnarat Iahnius* 187 plurima—189 sapientia *delebat Guietus* 188 *comprehendi solebant* exuit omnes 189 docens ω *an* doces? 190 et *om. P add.* ω exuguique *Ppr.* 191 Vitio *Ppr.*

haut inpunitum quondam fore quod dubitaret
depositum retinere et fraudem iure tueri
iurando. quaerebat enim quae numinis esset
mens et an hoc illi facinus suaderet Apollo.
reddidit ergo metu, non moribus, et tamen omnem
vocem adyti dignam templo veramque probavit
extinctus tota pariter cum prole domoque
et quamvis longa deductis gente propinquis.
has patitur poenas peccandi sola voluntas.
nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum,
facti crimen habet. cedo si conata peregit.
perpetua anxietas, nec mensae tempore cessat
faucibus ut morbo siccis interque molares
difficili crescente cibo, sed vina misellus
expuit, Albani veteris pretiosa senectus
displicet; ostendas melius, densissima ruga
cogitur in frontem velut acri ducta Falerno.
nocte brevem si forte indulsit cura soporem
et toto versata toro iam membra quiescunt,
continuo templum et violati numinis aras
et quod praecipuis mentem sudoribus urguet,
te videt in somnis; tua sacra et maior imago
humana turbat pavidum cogitque fateri.
hi sunt qui trepidant et ad omnia fulgura pallent,
cum tonat, exanimis, primo quoque murmure caeli,
non quasi fortuitus nec ventorum rabie sed

cui deus respondit poenas soluturum ob hoc ipsum, quod dubitavit creditum restituere. quo responso Glaucus territus paravit se citra sacramentum reddere. haec narratio in VII. historia Herodoti est. reddidit ergo Glaucus quia timuit, non quia voluit, unde poenas dignas sceleris non effugit. hoc est apud Herodotum [6, 86]: *ὄμνυ, ἐπεὶ θάνατος καὶ εὔορκον μένει ἄνδρα.* 208 qui, inquit, animo scelus cogitat, tamquam commiserit, sic eum conscientia sua torquet. 209 id est qui iam cogitaverit scelus admittere, reus est tamquam si cogitata perpetraverit. 216 aceto Falerno.

222 fateri. quod debet ut reddat. 223 physici nam adserunt ex conflictu ventorum vel nubium tonitrua vel fulgura fieri. nam ex nimio flatu vel certamine ventorum nubes inter se

205 probabit *Ppr.* 208 sola *ω*: saeua *P* uoluptas *P* (*ut notarunt alii, ego fortasse erraui cum praeterirem*) 210 cognata *Ppr.* 212 ut *P*: et *p* 213 Setina *Herelius et Withofius* 216 fontem *Ppr.* 225 abieset *P* rabiesset *p*

iratus cadat in terras et iudicet ignis.
illa nihil nocuit, cura graviore timetur
proxima tempestas velut hoc dilata sereno.
praeterea lateris vigili cum febre dolorem
si coepere pati, missum ad sua corpora morbum
infesto credunt a numine, saxa deorum
haec et tela putant. pecudem spondere sacello
balantem et Laribus cristam promittere galli
non audent; quid enim sperare nocentibus aegris
concessum? vel quae non dignior hostia vita?
mobilis et varia est ferme natura malorum;
cum scelus admittunt, superest constantia: quod fas
atque nefas, tandem incipiunt sentire peractis
criminibus. tamen ad mores natura recurrit
damnatos fixa et mutari nescia. nam quis
peccandi finem posuit sibi? quando recepit
eiectum semel attrita de fronte ruborem?
quisnam hominum est quem tu contentum videris uno
flagitio? dabit in laqueum vestigia noster
perfidus et nigri patietur carceris uncum
aut maris Aegaei rupem scopulosque frequentes
exulibus magnis. poena gaudebis amara
nominis invisi tandemque fatebere laetus
nec surdum nec Teresian quemquam esse deorum.

SATVRA XIV

Plurima sunt, Fuscine, et fama digna sinistra

conlisae tonitrua et coruscos faciunt ac veluti saxa inter se conlisa ignem excutiunt. 237 cum ad perpetrandum scelus venerint, in eadem constantia perstant ut sperent etiam inlicita debere omni modo fieri. peracto facinore ex ipsa conscientia animi eorum ab illa deiciuntur audacia. 245 unco nam ferreo trahebantur a populo, qui merebantur sic puniri. 246 κατὰ κοινοῦ. id est patietur exilium, in insula exilio deportabitur.

XIV 1 sinistra contraria. mala institutio in naturam vertit.

226 terra sed *Ppr.* uindicet *florilegia Parisina* 236 *damnarat Iahnius* fermentatura *Ppr.* 237 quod *PW* (pro quod sit *glossa in P*): quid *florilegium Frisingense*

XIV de institutionibus *P* 1 *ad hunc uersum adiectus in imo margine P manu pessima hic est* Et quod maiorum uitia sequiturq. minores (*cum glossis his* eo quod, uitia scilicet sunt, sequiturq. fama), *confictus opinor ex titulo pleniore* de inst. et quod m. u. sequntur minores

et nitidis maculam haesuram figentia rebus,
quae monstrant ipsi pueris traduntque parentes.
si damnosa senem iuvat alea, ludit et heres
bullatus parvoque eadem movet arma fritillo.
nec melius de se cuiquam sperare propinquo
concedet iuvenis, qui radere tubera terrae,
boletum condire et eodem iure natantis
mergere ficedulas didicit nebulone parente
et cana monstrante gula; cum septimus annus
transierit puerum, nondum omni dente renato,
barbatos licet admoveas mille inde magistros,
hinc totidem, cupiet lauto cenare paratu
semper et a magna non degenerare culina.
mitem animum et mores modicis erroribus aequos
praecipit atque animas servorum et corpora nostra
materia constare putat paribusque elementis,
an saevire docet Rutilus qui gaudet acerbo
plagarum strepitu et nullam Sirena flagellis
conparat, Antiphates trepidi laris ac Polyphemus,
tunc felix, quotiens aliquis tortore vocato
uritur ardenti duo propter lintea ferro —
quid suadet iuveni laetus stridore catenae,
quem mire adficiunt inscripta, ergastula, carcer?
rusticus expectas ut non sit adultera Largae
filia, quae numquam maternos dicere moechos
tam cito nec tanto poterit contexere cursu,
ut non terdecies respiret? conscia matri

Horatius [*od.* 4, 4, 35] 'utcumque defecere mores, dedecorant bene nata culpae'. 5 pyxide cornea qui φιμός dicitur graece. apud antiquos nam in cornu mittebant tesseras moventesque fundebant. aut fritillum pyrgum dixit. 12 philosophum licet ad erudiendum adhibeas, semel imbutum luxuria patris non posse revocari.

15 interrogative pronuntiari potest, sed melius ironicos. mitem animum praecepit Rutilius. 20 id est carnifex potius et latro domus suae quam dominus. Laestrygonum rex Antiphates et Polyphemus Cyclops, qui homines comedebant. 22 id est si servus cruciatur propter duo sabana. 24 quem mire adficiunt s. erg.

7 raderet ubera *P* tubera *correxit nec tamen* t *priorem expunxit p* 9 ficellas *Lachmannus* 10 gyla *P* 11 puero *pω* 13 cupient *Ppr.* 18 rutilis *Ppr.* 19 nulla *p* 24 mire] nimium *P superscriptum habet quasi uariante lectione* scripta *P corr. p* 27 poterat *ut uidetur p*

virgo fuit, ceras nunc hac dictante pusillas
implet et ad moechum dat eisdem ferre cinaedis.
sic natura iubet: velocius et citius nos
corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
cum subeunt animos auctoribus. unus et alter
forsitan haec spernant iuvenes, quibus arte benigna
et meliore luto finxit praecordia Titan,
sed reliquos fugienda patrum vestigia ducunt
et monstrata diu. veteris trahit orbita culpae.
abstineas igitur damnandis. huius enim vel
una potens ratio est, ne crimina nostra sequantur
ex nobis geniti, quoniam dociles imitandis
turpibus ac pravis omnes sumus, et Catilinam
quocumque in populo videas, quocumque sub axe,
sed nec Brutus erit Bruti nec avunculus umquam.
nil dictu foedum visuque haec limina tangat,
intra quae pater est; procul, a procul inde puellae
lenonum et cantus pernoctantis parasiti.
maxima debetur puero reverentia, siquid
turpe paras, nec tu pueri contempseris annos,
sed peccaturo obstet tibi filius infans.
nam siquid dignum censoris fecerit ira
quandoque et similem tibi se non corpore tantum
nec vultu dederit, morum quoque filius et qui
omnia deterius tua per vestigia peccet,
corripies nimirum et castigabis acerbo
clamore ac post haec tabulas mutare parabis?
unde tibi frontem libertatemque parentis,

quamquam ibi includuntur, inscripti sunt. 29 virgo fuit. ut haec disceret. iucunde pro aetate. 30 internuntiis, ministris qui matris suae fuerunt. 34 haec sperant. id est turpia.

35 Prometheus qui fuit Titanis filius Iapeti. 43 umquam. bonus, ut Cato Vticensis philosophus. 45 intra quae. ubi filios habes. 49 inpediat tibi, ne cum viderit haec imitetur. 53 deterius te. aut eo deterius quoniam te magistro. 56 Terent.

30 moechos *pω* *Priscianus quater testatus* 31 Signatura *Ppr.* 33 subeant *ω* animis *Ppr.* 34 sperant *Ppr.* 38 damnis huiusce etenim *p* 39 nec *Ppr.* 40 genitis *Ppr.* 43 umquam *P*: usquam *pω* 44 tangat *in litura totum P* 45 puer ς *floril. Paris.* es *S?* ah *Cramerus*: ac *P* ac *uel* hac *ω* 48 ne ς *ut gnome fieret* 47 49 abstet *p* obsistat *ω* 50 feceris *p* 51 Quandoque *P*: quidem *supra* que *scripsit p* 52 qui *P*: cum *p* 55 ac *ex* hac *P*: uel aut *p*

cum facias peiora senex vacuumque cerebro
iam pridem caput hoc ventosa cucurbita quaerat?
hospite venturo cessabit nemo tuorum.
‘verre pavimentum, nitidas ostende columnas,
arida cum tota descendat aranea tela;
hic leve argentum, vasa aspera tergeat alter’
vox domini furit instantis virgamque tenentis.
ergo miser trepidas, ne stercore foeda canino
atria displiceant oculis venientis amici,
ne perfusa luto sit porticus, et tamen uno
semodio scobis haec emendat servulus unus:
illud non agitas, ut sanctam filius omni
aspiciat sine labe domum vitioque carentem?
gratum est quod patriae civem populoque dedisti,
si facis ut patria sit idoneus, utilis agris,
utilis et bellorum et pacis rebus agendis.
plurimum enim intererit quibus artibus et quibus hunc tu
moribus instituas. serpente ciconia pullos
nutrit et inventa per devia rura lacerta:
illi eadem sumptis quaerunt animalia pinnis.
vultur iumento et canibus crucibusque relictis
ad fetus properat partemque cadaveris adfert:
hic est ergo cibus magni quoque vulturis et se
pascentis, propria cum iam facit arbore nidos.
sed leporem aut capream famulae Iovis et generosae
in saltu venantur aves, hinc praeda cubili
ponitur: inde autem cum se matura levarit
progenies, stimulante fame festinat ad illam
quam primum praedam rupto gustaverat ovo.

[*Phorm.* 1042] ‘quo ore illum obiurgabis? dic mihi’. 58 id est a medicis. qui sanus non est. σικύα. 61 mundentur parietes. 62 anaglypha sigillis. Virgilius [*Aen.* 5, 267] ‘et aspera signis’. 63 Virgilius [*Aen.* 9, 73] ‘urguet praesentia Turni’.

67 scobis πρίσματος. 71 ut patria s. i. civem bonum. si eum ita institueris ut sit utilis patriae. 78 cadaveris adfert. hominum. nam antiqui crucibus figebant. 84 ad venationem

57 senes *Ppr.* 59 cessabit] bit *in ras. P* 63 fremit *aut* fremat ω 67 scrobis *p* emundat ς *contra Eutychem GLK. V p. 473* 71 patria *P*: patriae ω 77 Vulturiomento *Ppr.* 78 fe*tus *ex* fest- *P* 82 tunc ω haec *Lachmannus* 83 se *om. P add. p* leuaret *P* leuauit *libri Prisciani p. 243* leuabit *p*ω 85 gustauerit *Iuuenalis aliquot libri Prisciani plurimi*

aedificator erat Cretonius et modo curvo
litore Caietae, summa nunc Tiburis arce,
nunc Praenestinis in montibus alta parabat
culmina villarum graecis longeque petitis
marmoribus vincens Fortunae atque Herculis aedem,
ut spado vincebat Capitolia nostra Posides.
dum sic ergo habitat Cretonius, inminuit rem,
fregit opes, nec parva tamen mensura relictae
partis erat. totam hanc turbavit filius amens,
dum meliore novas attollit marmore villas.
quidam sortiti metuentem sabbata patrem
nil praeter nubes et caeli numen adorant,
nec distare putant humana carne suillam
qua pater abstinuit, mox et praeputia ponunt;
Romanas autem soliti contemnere leges
Iudaicum ediscunt et servant ac metuunt ius,
tradidit arcano quodcumque volumine Moyses,
non monstrare vias eadem nisi sacra colenti,
quaesitum ad fontem solos deducere verpos.
sed pater in causa, cui septima quaeque fuit lux

unde nutrita est. 87 in Campania Caleta. 90 apud Praeneste et Fortuna et Hercules habent aedes. aut certe quod in Capitolio post aedem Dianae et Iovis secundam de miraculo operis habent gloriam Fortunae atque Herculis aedes. Fortunae vero apud Praeneste aedem pulcherrimam ferunt fuisse. Herculis enim aedem Tiburis dicit. 91 hic Posides spado libertus Claudi imperatoris tantae gratiae et potentiae fuit, ut eum Claudius in Britannico triumpho inter militares viros hasta pura donaverit, cohortibus quoque et alis provinciaeque Iudaeae praeposuerit, lectica per urbem vectandi spectaculaque publice edendi ius tribuerit. legitur in Suetonio [*Claud.* 28]. 99 id est περιτομή. 102 Moyses. sacerdos vel rex eius gentis. aut ipsius quidem religionis inventor. cuius Cornelius etiam Tacitus [*hist.* 5, 3] meminit. 104 Iudaeos qui sine pellicula sunt. 105 causa huius metus pater est.

86 cretonius *P quae rarior est ac uetustior nominis Critonii forma iam titulis latinis confirmata*: cetronius *pω* 87 caletae *Ppr.* 88 pararat *Ppr.* 91 possidens *Ppr.* 92 cetonius *P* cetronius *pω* 101 Iudaeicum *P sed* e *expuncta* 102 Tradit *P corr. p*

ignava et partem vitae non attigit ullam.
sponte tamen iuvenes imitantur cetera, solam
inviti quoque avaritiam exercere iubentur.
fallit enim vitium specie virtutis et umbra,
cum sit triste habitu vultuque et veste severum,
nec dubie tamquam frugi laudetur avarus,
tamquam parcus homo et rerum tutela suarum
certa magis quam si fortuna servet easdem
Hesperidum serpens aut Ponticus. adde quod hunc de
quo loquor, egregium populus putat adquirendi
artificem; quippe his crescunt patrimonia fabris,
sed crescunt quocumque modo, maioraque fiunt
incude adsidua semperque ardente camino.
et pater ergo animi felices credit avaros,
qui miratur opes, qui nulla exempla beati
pauperis esse putat, iuvenes hortatur ut illa
ire via peragant et eidem incumbere sectae.
sunt quaedam vitiorum elementa, his protinus illos
inbuit et cogit minimas ediscere sordes;
mox adquirendi docet insatiabile votum.
servorum ventres modio castigat iniquo
ipse quoque esuriens, neque enim omnia sustinet umquam
mucida caerulei panis consumere frusta,
hesternum solitus medio servare minutal
septembri nec non differre in tempora cenae
alterius conchem aestivam cum parte lacerti

106 quia semper sabbatis nihil faciunt. 113 tamquam ille qui aut mala aut pellem auream servabat. 117 quocumque casu. 118 metaphora a fabris ferrariis. 120 beati. qualis Apollinis oraculo declaratus est felicissimus Aglaus Arcas, qui numquam patrium agellum excesserat, cum a deo quaereretur quis finem verae felicitatis implesset. 122 perseverent in avaritia. 130 duo negativi confirmativum faciunt. 131 id est fabam coctam

111 laudatur *p* 113 quasi *Ppr.* fortuna *P tum* fortunas, *illud reposui*: fortuna reseruet *p* (*cum glossa* res *supra* easdem) 114 de *om. P add. p* 115 adq. uerendi *p* 117 *damnarat Iahnius* maiora *sine* que *P*: que *add.* ω 119 felices *P* (es *in ras. fortasse ex* is) *Priscianus GLK. III p. 316*: felicis *rursus p* 120 mirantur *p*ω qui *P*: hi *p*ω 121 putant *p*ω hortantur ς *Priscianus GLK. II p. 304* illa *P*: illā *p*ω *Priscianus* 122 uia *P*: uiā *p*ω *Priscianus* pergant ω *Priscianus* 123 illos *ex* illis *P* 124 nimias *p* 125 *damnarat Iahnius* 128 frustra *Ppr.* 131 concham aestiui *p*ω

signatam vel dimidio putrique siluro,
filaque sectivi numerata includere porri;
invitatus ad haec aliquis de ponte negabit.
sed quo divitias haec per tormenta coactas,
cum furor haut dubius, cum sit manifesta phrenesis,
ut locuples moriaris, egentis vivere fato?
interea pleno cum turget sacculus ore,
crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crevit,
et minus hanc optat qui non habet. ergo paratur
altera villa tibi, cum rus non sufficit unum,
et proferre libet fines maiorque videtur
et melior vicina seges, mercaris et hanc et
arbusta et densa montem qui canet oliva.
quorum si pretio dominus non vincitur ullo,
nocte boves macri lassoque famelica collo
iumenta ad virides huius mittentur aristas,
nec prius inde domum quam tota novalia saevos
in ventres abeant, ut credas falcibus actum.
dicere vix possis quam multi talia plorent
et quot venales iniuria fecerit agros.
sed qui sermones, quam foedae bucina famae.
'quid nocet haec?' inquit 'tunicam mihi malo lupini
quam si me toto laudet vicinia pago
exigui ruris paucissima farra secantem'.
scilicet et morbis et debilitate carebis,
et luctum et curam effugies, et tempora vitae

quae illi remansit, in alium diem cum sardina servat. 134 negavit. quia mendici in pontis itinere sedent. 139 quantum plus adduntur divitiae, tanto plus crescit avaritia. 143 semper avaris res alienae meliores et ampliores videntur. 144 ὑπερβολή. id est integrum montem oliveti comparas. 147 id est cum vicinum agrum non poterit pretio elicere, ita agit ut cogatur vicinus vendere non patiens inportunitatem animalium, quae ille dimittit ut segetes ipsius depascantur. 149 falcibus altum. id est metitum. 151 molestia confinii potentis. 152 quam mala fama est avaris potentibus. 156 carebis. σχῆμα ὑπόνοια.

134 negabit ω: negauit *P* 135 quod *Ppr.* 136 aut *Ppr.* 137 egentis *P iam* s *erasa est* 139 creuit *P ut uidetur*: crescit *p*ω *florilegia* (*etiam Sangallense*) 141 suffucit *P* 147 uirides] es huius *in rasura P* mitentur *P* mittuntur ω 149 habeant *P* 152 quid *Ppr.* quam *P*: quae *p* foede *P* 153 hoc *p* lupina *P corr. p*

longa tibi posthac fato meliore dabuntur,
si tantum culti solus possederis agri,
quantum sub Tatio populus Romanus arabat.
mox etiam fractis aetate ac Punica passis
proelia vel Pyrrhum inmanem gladiosque Molossos
tandem pro multis vix iugera bina dabantur
vulneribus, merces haec sanguinis atque laboris
nullis visa umquam meritis minor aut ingratae
curta fides patriae; saturabat glaebula talis
patrem ipsum turbamque casae, qua feta iacebat
uxor et infantes ludebant quattuor, unus
vernula, tres domini, sed magnis fratribus horum
a scrobe vel sulco redeuntibus altera cena
amplior et grandes fumabant pultibus ollae:
nunc modus hic agri nostro non sufficit horto.
inde fere scelerum causae, nec plura venena
miscuit aut ferro grassatur saepius ullum
humanae mentis vitium quam saeva cupido
inmodici census. nam dives qui fieri vult,
et cito vult fieri; sed quae reverentia legum,
quis metus aut pudor est umquam properantis avari?
'vivite contenti casulis et collibus istis,
o pueri' Marsus dicebat et Hernicus olim
Vestinusque senex 'panem quaeramus aratro,
qui satis est mensis; laudant hoc numina ruris,
quorum ope et auxilio gratae post munus aristae
contingunt homini veteris fastidia quercus.
nil vetitum fecisse volet quem non pudet alto
per glaciem perone tegi, qui summovet euros
pellibus inversis: peregrina ignotaque nobis
ad scelus atque nefas, quaecumque est, purpura ducit.'

164 deductis in colonia viris. 169 ante nam unum servum plures domini habebant. qui erant domi parvuli. 170 a scrove vel sulco. qui colebant terram. hoc nam dicit, alios in bello, alios terram colere. 172 bene dixit plus nunc possideri in horto quam tunc in agro. 183 quia ante fraga et glandem homines comedebant. 186 Virgilius [*Aen.* 7, 690] 'crudus tegit altera

158 post haec *p* 163 uina *Ppr.* 165 haut *p* 168 quattuor et unus *Ppr.* 170 scroue *Ppr.* sulco *in litura P* 176 Indomiti *p tam in margine* (*cum glossa* non refrenati) *quam in uersu* 182 roris *Ppr.* 184 homines *manu recentissima mutatum in P* 188 adque *P quam scripturam perfrequentem in P alias praetereo* (*uelut* 189 ad *P* at *p*)

haec illi veteres praecepta minoribus, at nunc
post finem autumni media de nocte supinum
clamosus iuvenem pater excitat: 'accipe ceras,
scribe, puer, vigila, causas age, perlege rubras
maiorum leges. aut vitem posce libello,
sed caput intactum buxo naresque pilosas
adnotet et grandes miretur Laelius alas;
dirue Maurorum attegias, castella Brigantum,
ut locupletem aquilam tibi sexagesimus annus
adferat. aut longos castrorum ferre labores
si piget et trepidum solvunt tibi cornua ventrem
cum lituis audita, pares quod vendere possis
pluris dimidio, nec te fastidia mercis
ullius subeant ablegandae Tiberim ultra,
neu credas ponendum aliquid discriminis inter
unguenta et corium; lucri bonus est odor ex re
qualibet. illa tuo sententia semper in ore
versetur dis atque ipso Iove digna poeta:
"unde habeas quaerit nemo, sed oportet habere".
hoc monstrant vetulae pueris repentibus assae,
hoc discunt omnes ante alpha et beta puellae.'
talibus instantem monitis quemcumque parentem
sic possem adfari: 'dic, o vanissime, quis te
festinare iubet? meliorem praesto magistro
discipulum. securus abi: vinceris ut Aiax

pero'. 189 posteris suis dabant. 192 rubricas iuris. 193 ut centurio fias, da libellos. id est milita. vitis nam insigne centurionum est a Libero patre inventum, qui primus triumphavit et inventor vitis est. 195 comes Laelius. centurio sub quo militabis, ut evertas casas Maurorum. 196 Brigantu. Gallorum. 197 ut signifer sis stipendiis emeritis anno sexagesimo quo stipendia deponebant sua. 204 ne contemnas viliorem mercem aut quae puteat. id est coria. 206 id est Iovis dictum est. 208 assa nutrix dicitur quae lac non praestat infantibus, sed solum diligentiam et munditiam adhibet. [*Lucilius ut* 207?] 'nutricula sicca vetusta infantibus monstrat.' 213 id est ut illi

191 accipet *Ppr.* 192 uigil accusas *correcturus erat sed correcta deleuit p* 196 Diruere *Ppr.* categias *fecerat p, superscr.* catheias brigantu *P corr. p* 199 trepido *p*ω 208 209 *damnarat Iahnius* 208 reppentibus *P* poscentibus *superscr. p* (poscentibus assem ω) 211 possem *potius quam* possim *P*: possum *p*

praeteriit Telamonem, ut Pelea vicit Achilles.
parcendum est teneris, nondum implevere medullas:
naturae mala nequitia est. cum pectere barbam
coeperit et longae mucronem admittere cultri,
falsus erit testis, vendet periuria summa
exigua et Cereris tangens aramque pedemque.
elatam iam crede nurum, si limina vestra
mortifera cum dote subit. quibus illa premetur
per somnum digitis. nam quae terraque marique
adquirenda putas, brevior via conferet illi;
nullus enim magni sceleris labor. "haec ego numquam
mandavi" dices olim "nec talia suasi".
mentis causa malae tamen est et origo penes te.
nam quisquis magni census praecepit amorem,
et laevo monitu pueros producit avaros,
et qui per fraudes patrimonia conduplicari,
dat libertatem et totas effundit habenas
curriculo, quem si revoces, subsistere nescit
et te contempto rapitur metisque relictis.
nemo satis credit, tantum delinquere quantum
permittas; adeo indulgent sibi latius ipsi.
cum dicis iuveni stultum, qui donet amico,
qui paupertatem levet attollatque propinqui,
et spoliare doces et circumscribere et omni
crimine divitias adquirere, quarum amor in te
quantus erat patriae Deciorum in pectore, quantum
dilexit Thebas, si Graecia vera, Menoeceus,
in quorum sulcis legiones dentibus anguis

in virtute parentes suos superaverunt, sic et iste te in avaritia.

222 id est quae per somnum offocabitur propter dotem.

228 subtili monitu. 230 et nequitiam permittit. 231 Virgilius [*g.* 1, 514] 'fertur equis auriga'. 233 nemo se putat satis fecisse, nisi amplius delinquat quam non permittas. 238 divitiarum et avaritiae tantum amoris habet, quam Decii habuerunt civitatis suae. qui pro civibus suis mortem elegerunt. 241 Vir-

215 Parcendum teneris *Vergilius georg. II 363* 216 Maturae ς nequitia est *P*: nequitiae *pω*. *nulla erat post* medullas *distinctio* 217 longe *P*: longi *pω* 219 et *om. ω* 224 haec ego numquam *om. P add. p* 229 *om.* ς *damnarat Iahnius quoque* conduplicari *Pω quod defendi mus. rhen. 43 p. 295*: conduplicare ς 230 hauenas *Ppr.* 231 quem *curriculum, cf. GLK. V p. 576, 3* 232 meritisque *Ppr.* 238 adquirere *ex* atq- *P* 240 ueraque moenoecus *P* (*in margine* meneceus, *in uersu* moeniceus *p*) 241 quarum ς

cum clipeis nascuntur et horrida bella capessunt
continuo, tamquam et tubicen surrexerit una.
ergo ignem cuius scintillas ipse dedisti,
flagrantem late et rapientem cuncta videbis.
nec tibi parcetur misero, trepidumque magistrum
in cavea magno fremitu leo tollet alumnus.
nota mathematicis genesis tua, sed grave tardas
expectare colus; morieris stamine nondum
abrupto. iam nunc obstas et vota moraris,
iam torquet iuvenem longa et cervina senectus.
ocius Archigenem quaere atque eme quod Mithridates
composuit; si vis aliam decerpere ficum
atque alias tractare rosas, medicamen habendum est,
sorbere ante cibum quod debeat et pater et rex.'
  monstro voluptatem egregiam, cui nulla theatra,
nulla aequare queas praetoris pulpita lauti,
si spectes quanto capitis discrimine constent
incrementa domus, aerata multus in arca
fiscus et ad vigilem ponendi Castora nummi
ex quo Mars Vltor galeam quoque perdidit et res
non potuit servare suas. ergo omnia Florae
et Cereris licet et Cybeles aulaea relinquas;
tanto maiores humana negotia ludi.
an magis oblectant animum iactata petauro
corpora quique solet rectum descendere funem,

gilius [*g.* 2, 141] 'satis inmanis dentibus hydri nec galeis densisque'. 243 inridet Graecorum audaciam paratam in omni mendacio. 247 filius. allegoricos. hoc est et in te malitiam cum scelere exercebit. 250 voto moraris. odiosus es filio. 251 quos usque ad nongentos annos vivere dicunt. 252 Archigenem medicum. antidotum quod veneno obstet. 260 pecunia, sacculi. 261 id est antea solebant arcas aeratas facere et ibi mittere pecuniam suam senatores, et sic in foro Martis ponere. verum per noctem a furibus expoliatae sunt arcae, et coeperunt ex eo ad templum Castoris ponere. ideo dicit 'Mars ultor galeam perdidit'. perdidit et res. ex illo pecunia amota, ex quo Mars a furibus expoliatus est. 263 ludos theatrales qui in honore

247 caueam *pω* 250 uoto *Ppr.* 255 Sorbere et ante *Ppr.* debeat] uel ant *adscripsit p* et *ante* rex *in litura capaciore P*: aut pater aut rex *ω quam ad uarietatem etiam quae in p est scripturam spectasse credas* 260 castura *Ppr.* 265 peta *P* uro *add. p*

quam tu, Corycia semper qui puppe moraris
atque habitas coro semper tollendus et austro,
perditus ac vilis sacci mercator olentis,
qui gaudes pingue antiquae de litore Cretae
passum et municipes Iovis advexisse lagonas?
hic tamen ancipiti figens vestigia planta
victum illa mercede parat, brumamque famemque
illa reste cavet: tu propter mille talenta
et centum villas temerarius. aspice portus
et plenum magnis trabibus mare: plus hominum est iam
in pelago. veniet classis, quocumque vocarit
spes lucri, nec Carpathium Gaetulaque tantum
aequora transiliet, sed longe Calpe relicta
audiet Herculeo stridentem gurgite solem.
grande operae pretium est, ut tenso folle reverti
inde domum possis tumidaque superbus aluta,
Oceani monstra et iuvenes vidisse marinos.
non unus mentes agitat furor. ille sororis
in manibus vultu Eumenidum terretur et igni,
hic bove percusso mugire Agamemnona credit
aut Ithacum: parcat tunicis licet atque lacernis,
curatoris eget qui navem mercibus implet
ad summum latus et tabula distinguitur unda,
cum sit causa mali tanti et discriminis huius
concisum argentum in titulos faciesque minutas.
occurrunt nubes et fulgura: ‘solvite funem’
frumenti dominus clamat piperisve coempti
‘nil color hic caeli, nil fascia nigra minatur;

dearum exhibentur. 267 Corycus civitas Isauriae. 269 opobalsamum aut malabathrum. foetidae alicuius mercis. vel ex sententia tali: tu foetide. 271 Creticas. quia Iuppiter ibi natus est. 273 Horatius [*sat.* 1, 2, 6] ‘frigus quo duramque famem depellere possit’. 279 urnae similis mons, inde Calpe, in extrema Hispania. 280 Gaditano Oceano sol mergens stridet, ut si ferrum candens in aqua tinguas. ultra Herculis columnas dicit ad mare mortuum, ultra quod navigare non conceditur. 284 furens Orestes. 286 Aiax qui et ipse insanit. 287 quamvis se non

269 a siculis *ω* 270 pingui *p cum glossa* melle 277 uocarit *om. P add. p manu rudi* 285 torretur *p mutatum rursus in* ter- 287 lacertis *p* 289 u*da *P* unda *p* una *ς*

aestivum tonat. infelix hac forsitan ipsa
nocte cadet fractis trabibus fluctuque premetur
obrutus et zonam laeva morsuque tenebit.
sed cuius votis modo non suffecerat aurum
quod Tagus et rutila volvit Pactolus harena,
frigida sufficient velantis inguina panni
exiguusque cibus, mersa rate naufragus assem
dum rogat et picta se tempestate tuetur.
tantis parta malis cura maiore metuque
servantur, misera est magni custodia census.
dispositis praedives amis vigilare cohortem
servorum noctu Licinus iubet, attonitus pro
electro signisque suis Phrygiaque columna
atque ebore et lata testudine. dolia nudi
non ardent cynici; si fregeris, altera fiet
cras domus, atque eadem plumbo commissa manebit.
sensit Alexander, testa cum vidit in illa
magnum habitatorem, quanto felicior hic qui
nil cuperet quam qui totum sibi posceret orbem
passurus gestis aequanda pericula rebus.
nullum numen habes si sit prudentia, nos te,
nos facimus, Fortuna, deam. mensura tamen quae
sufficiat census, siquis me consulat, edam:
in quantum sitis atque fames et frigora poscunt,
quantum, Epicure, tibi parvis suffecit in hortis,
quantum Socratici ceperunt ante penates;
numquam aliud natura, aliud sapientia dicit.
acribus exemplis videor te cludere? misce
ergo aliquid nostris de moribus, effice summam
bis septem ordinibus quam lex dignatur Othonis.

conscindit, tamen insanit. 297 id est in qua fert solidos.

300 uda aut nuda. 302 in tabula ferens casus sui historiam. 305 per translationem disciplinae militaris sparteolorum Romae, quorum cohortes in tutelam urbis cum amis et cum aqua vigilias curare consuerunt vicis. 306 Licinus ille est de quo superius [1, 108] dixit 'ego possideo plus Pallante et Licinis'.

309 id est Diogenae. in dolio dormiebat. 310 ligabit de plumbo. 324 id est gradibus equitum Romanorum.

295 ac *P* at *ω* 296 cadet *ω*: cadit *P* fluctumque *Ppr.* 301 cibus *in litura P* 305 prodiues *P*: prediues *p* hamis *p* 307 Elec*** (*fortasse* Electis) *P* Electro *pω*. *an* Electris? phyrgiaque *P* 315 316 *cf.* X 365 319 sufficit *Ppr.*

haec quoque si rugam trahit extenditque labellum,
sume duos equites, fac tertia quadringenta.
si nondum inplevi gremium, si panditur ultra,
nec Croesi fortuna umquam nec Persica regna
sufficient animo nec divitiae Narcissi,
indulsit Caesar cui Claudius omnia, cuius
paruit imperiis uxorem occidere iussus.

SATVRA XV

Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens
Aegyptos portenta colat? crocodilon adorat
pars haec, illa pavet saturam serpentibus ibin.
effigies sacri nitet aurea cercopitheci,
dimidio magicae resonant ubi Memnone chordae

328 Croesus ille est cui Solon dixit: ὅρα τέλος μακροῦ βίου. cuius filius, cum ipse Trallibus victus esset a Cyro rege Persarum, adulescens usque id mutus intentum iugulo patris gladium cum vidisset, subito exclamavit 'homo es Cyre, parce homini'. 329 Narcissus libertus Claudii Caesaris potentissimus idemque ditissimus.

XV 1 ad Volusum scribit de Aegyptiorum sacris odio Crispini, qui Aegyptius erat egens et modo magister peditum atque equitum factus est. 3 ibin propterea Aegyptii vice numinis colunt, quod illi naturale cum serpentibus bellum est. nam cum Aegyptum Nilus etiam serpentibus inundaverit, illa eos omnes devorat simul et aspides. de huiuscemodi animalium genere Cicero in libro de natura deorum primo [101] sic ait: 'ipsi qui inridentur Aegyptii nullam beluam nisi ob aliquam utilitatem quam ex ea caperent consecraverunt, velut ibis maximam vim serpentum conficiunt, qum sint aves excelsae cruribus rigidis, corneo proceroque rostro. avertunt pestem ab Aegypto, cum volucres angues ex Libyae vastitate vento Africano invectas interficiunt atque consumunt. e quo fit ut illae nec morsu vivae noceant nec odore mortuae'. 5 Memnonis ex aere statua citharam tenens certis horis canebat. hanc Cambyses rex iussit aperiri existimans mechanicum aliquod esse quod intra statuam lateret. nihilo minus aperta statua, quae erat magice con-

328 crysi *P* cresi *p*

XV de religionibus aegypti *titulus in P* 1 bolusi *P* uolsi *p* (*nam* u *expunxit*) 2 Egyptus *p* corcodrillon *margo P* 4 circophiteci *p*: cercop- *P* 5 '*quidam* dimidium *legunt*' *scholion Bobiense* memnonie *Ppr*. memnona *scheda Bobiensis*

atque vetus Thebe centum iacet opruta portis.
illic caeruleos, hic piscem fluminis, illic
oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.
porrum et caepe nefas violare et frangere morsu;
o sanctas gentes quibus haec nascuntur in hortis
numina. lanatis animalibus abstinet omnis
mensa, nefas illic fetum iugulare capellae:
carnibus humanis vesci licet. attonito cum
tale super cenam facinus narraret Vlixes
Alcinoo, bilem aut risum fortasse quibusdam
moverat ut mendax aretalogus. 'in mare nemo
hunc abicit saeva dignum veraque Charybdi,
fingentem inmanes Laestrygonas atque Cyclopas?
nam citius Scyllam vel concurrentia saxa
Cyaneis plenos et tempestatibus utres
crediderim aut tenui percussum verbere Circes
et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.
tam vacui capitis populum Phaeaca putavit?'
sic aliquis merito nondum ebrius et minimum qui
de Corcyraea temetum duxerat urna;
solus enim haec Ithacus nullo sub teste canebat.

secrata, horis statutis sonum reddidit. ideo dimidio dixit. id est aperto et diviso. 6 vetus T. h. Thebas dicitur trans Aegyptum Liber condidisse. 13 usque adeo de Aegyptiis vanum aut incredibile est, qum vix Vlixi similia de Laestrygonibus referenti creditum fuerit in mensa Alcinoi. haec cum exclamatione legenda sunt.

16 mendax. Virgilius [*Aen.* 2, 125] 'artificis scelus'. 'arithologi sunt, ut quidam volunt, qui miras res id est deorum virtutes loquuntur. mihi autem videtur arithologos illos dici, qui ea quae dicta non sunt in vulgus proferunt' *schol. Bobiense.* 19 Symplegadas inter quas Argo evasit, quae in Ponto concucurrisse dicuntur. numquid et ad has Vlixes accessit? 22 porcis a Circe factis. 23 inani capitis. κενεγκράνιος. 25 vinum de insula

6 uetus thebe *in litura P* obrupta *P sed* p *expuncta* 7 Illicaeruleos *P* Illic caeruleos *ω quod restitui iubet ratio antithetorum cf. glossae* caeruleus bestia marina (*Goetziani corporis IV p. 32 217 494*). aeluros *Brodaeus* illi *P* c *add. p* 10 inortis *P* 15 Alcinoo *pω*: Alcino• *P* 16 in mare *p*: inma••que *P* 18 et cyclopas *scheda Bob.* 21 ueruere *Ppr.* 22 Et *P*: Aut *p* eipinora *P* elphenora *p* 23 Sic uacuum cerebri *Priscianus GLK. III p. 218 aut scriba posterior* 26 hic *Ppr.*

nos miranda quidem sed nuper consule Iunco
gesta super calidae referemus moenia Copti,
nos vulgi scelus et cunctis graviora cothurnis;
nam scelus, a Pyrrha quamquam omnia syrmata volvas,
nullus aput tragicos populus facit. accipe, nostro
dira quod exemplum feritas produxerit aevo.
  inter finitimos vetus atque antiqua simultas,
inmortale odium et numquam sanabile vulnus
ardet adhuc Ombos et Tentyra. summus utrimque
inde furor volgo, quod numina vicinorum
odit uterque locus, cum solos credat habendos
esse deos quos ipse colit. sed tempore festo
alterius populi rapienda occasio cunctis
visa inimicorum primoribus ac ducibus, ne
laetum hilaremque diem, ne magnae gaudia cenae
sentirent positis ad templa et compita mensis
pervigilique toro, quem nocte ac luce iacentem
septimus interdum sol invenit. horrida sane
Aegyptos, sed luxuria, quantum ipse notavi,
barbara famoso non cedit turba Canopo.
adde quod et facilis victoria de madidis et
blaesis atque mero titubantibus. inde virorum
saltatus nigro tibicine, qualiacumque
unguenta et flores multaeque in fronte coronae:
hinc ieiunum odium. sed iurgia prima sonare
incipiunt animis ardentibus, haec tuba rixae.

Phaeacum. 27 de se dicit Iuvenalis quia in Aegypto militavit, et ea promittit se relaturum quae ipse vidit. 'cons. Iunco. ut vincta et lenta videantur esse quae dicet' *schol. Bob.* 30 tragoedias. vestes tragicas. 35 inter finitimos Ombos et Tentyra. accusativus pluralis ut Maenala. civitates Aegypti. 44 festivitas sacrorum per VII dies solet celebrari. 46 Canopo. Latina ripa. 48 ex parte ebriorum. Terentius nam [*Eun.* 729] 'neque pes neque mens satis suum officium facit'. 49 Aethiope. 51 ab inimicis infesta sobrietas.

27 iunpo (p *non omnino certa*) *mutatum in* iunco *P* iunio ω 28 callidę *Ppr.* 35 combos *p* coptos ς 36 uulgo *ex* uolgo *P* uel gi *superscr. p* (uulgi ω uulgo *scheda Bob.*) nomina *Ppr.* 39 cunctis *P*ω: uel cultis *p* 44 interdum *P*: uel interea *p* horrida *ex* horridet *P* 45 Egyptus *p*, *item* 116 46 turba *P*: uel ripa *p* 47 de• *P non expleto uersu, nouum exorsus ab* Et blesis: *hoc* Et *expunxit superiorique uersui* madidis et *add. p* 52 ardentibus] d *ex* c *an* o? *P*

dein clamore pari concurritur, et vice teli
saevit nuda manus. paucae sine vulnere malae,
vix cuiquam aut nulli toto certamine nasus
integer. aspiceres iam cuncta per agmina vultus
dimidios, alias facies et hiantia ruptis
ossa genis, plenos oculorum sanguine pugnos.
ludere se credunt ipsi tamen et pueriles
exercere acies, quod nulla cadavera calcent.
et sane quo tot rixantis milia turbae,
si vivunt omnes? ergo acrior impetus, et iam
saxa inclinatis per humum quaesita lacertis
incipiunt torquere, domestica seditioni
tela, nec hunc lapidem, qualis et Turnus et Aiax,
vel quo Tydides percussit pondere coxam
Aeneae, sed quem valeant emittere dextrae
illis dissimiles et nostro tempore natae.
nam genus hoc vivo iam decrescebat Homero,
terra malos homines nunc educat atque pusillos;
ergo deus quicumque aspexit, ridet et odit.
a deverticulo repetatur fabula. postquam
subsidiis aucti, pars altera promere ferrum
audet et infestis pugnam instaurare sagittis.
terga fugae celeri praestant instantibus Ombis
qui vicina colunt umbrosae Tentyra palmae.
labitur hic quidam nimia formidine cursum
praecipitans capiturque. ast illum in plurima sectum
frusta et particulas, ut multis mortuus unus
sufficeret, totum corrosis ossibus edit
victrix turba, nec ardenti decoxit aeno

61 bene scilicet credunt se ludere, ubi tot rixantibus nullus moritur. 64 competentia. vicina furori. nulla nam sic sunt domestica rixantibus tela, ut saxa. 72 propter excessum. 74 commovere

55 toto] uel ceco *p* 56 agmine *Ppr.* 61 quod *p* militat urbe *Ppr.* 64 seditioni *interpretatur S*: seditione *Pω* 65 qualis et *P*: uel quali se *p. sic ω* alax *Ppr.* 75 fugae celeri *P* (*reposuit iam Hosius app. p. 93*): fuga sceleri *p* praestant instantibus Ombis *Mercerius*: praestant *erasis ceteris sed ut ultimam* s *litteram uideas, bis syllabam coniectes P* praestantib. omnib. instans *p manu recentissima et qui* instant *aut* instans *scribunt ω* praestant instantibus omnes *uel* orbes *uel* combis ☞ *cf. mus. rhen. 46 p. 288* 76 tentura *Ppr.*

77 hic *pω*: hinc *P* 78 in *om. P add. p* 79 particulas ut] s ut *in ras. P*

aut veribus, longum usque adeo tardumque putavit
expectare focos, contenta cadavere crudo.
hic gaudere libet quod non violaverit ignem,
quem summa caeli raptum de parte Prometheus
donavit terris; elemento gratulor, et te
exultare reor. sed qui mordere cadaver
sustinuit, nil umquam hac carne libentius edit;
nam scelere in tanto ne quaeras et dubites an
prima voluptatem gula senserit; ultimus autem
qui stetit, absumpto iam toto corpore, ductis
per terram digitis aliquid de sanguine gustat.
Vascones, haec fama est, alimentis talibus olim
produxere animas. sed res diversa, sed illic
fortunae invidia est bellorumque ultima, casus
extremi, longae dira obsidionis egestas.
huius enim quod nunc agitur, miserabile debet
exemplum esse cibi, sicut modo dicta mihi gens
post omnis herbas, post cuncta animalia, quidquid
cogebat vacui ventris furor, hostibus ipsis
pallorem ac maciem et tenuis miserantibus artus,
membra aliena fame lacerabant, esse parati
et sua. quisnam hominum veniam dare quisve deorum
urbibus abnueret dira atque inmania passis
et quibus illorum poterant ignoscere manes,
quorum corporibus vescebantur? melius nos
Zenonis praecepta monent, nec enim omnia quidam

etiam sagittas. 82 nec in caccabis coacta nec in veribus fixa cocunt, sed cruda consumunt. 84 id et praestitit, inquit, nobis, quod exta hominis focum communem non violarunt. 86 gratulari te ipsum elemento, igni scilicet. 90 prima. si alterius senserit voluptatem. 93 obsessi Saguntini ab Hannibale coacti sunt cadaveribus suorum pasci. Lucanus [3, 350] ʻobsessum Poeno gessit quae Marte Saguntumʼ. caesis scilicet inbellibus. alii nam non ab Hannibale sed a Metello obsessos dicunt. 96 cum obsiderentur a Metello.

98 Vascones Saguntini, quorum dictum sit, ut sit maior invidia facti, exemplum, quod doleas, non quod horreas. 107 Zenon stoicae sectae auctor, qui quod honestum esset, id summum vel

85 promethea *P*: uel prometheus *p* 88 nihil ς 93 haec *P*: uel ut *p* elementis *P*: uel ali *superscr. p* olim *P*: uel usi *p*
97 98 *delebat Guietus. huius in Aegypto facinoris miserabile exemplum usus ciborum talis* 100 uacuis *Ppr.* 101 tenues *p* 104 Vrbibus *P*: Viribus *pω* Ventribus *HValesius* 107 omnia, quaedam *pω*

pro vita facienda putant, sed Cantaber unde
stoicus antiqui praesertim aetate Metelli?
nunc totus Graias nostrasque habet orbis Athenas,
Gallia causidicos docuit facunda Britannos,
de conducendo loquitur iam rhetore Thyle.
nobilis ille tamen populus quem diximus, et par
virtute atque fide sed maior clade Zacynthos
tale quid excusat: Maeotide saevior ara
Aegyptos. quippe illa nefandi Taurica sacri
inventrix homines — ut iam quae carmina tradunt,
digna fide credas — tantum immolat, ulterius nil
aut gravius cultro timet hostia. quis modo casus
inpulit hos? quae tanta fames infestaque vallo
arma coegerunt tam detestabile monstrum
audere? anne aliam terra Memphitide sicca
invidiam facerent nolenti surgere Nilo?
qua nec terribiles Cimbri nec Brittones umquam
Sauromataeque truces aut inmanes Agathyrsi,
hac saevit rabie inbelle et inutile vulgus,
parvula fictilibus solitum dare vela phaselis
et brevibus pictae remis incumbere testae.
nec poenam sceleri invenies nec digna parabis
supplicia his populis, in quorum mente pares sunt
et similes ira atque fames. mollissima corda
humano generi dare se natura fatetur,

solum bonum esse dicebat. 108 per honestatem, sicut stoici dicunt, melius erat mori quam cadaveribus pasci. 110 Romanas litteras et Graecas. 112 civitas in Oceano insula. in qua brumae tempore dies nulli, perinde solstitiali aestivo nox nulla. 115 iuxta Maeotim paludem Taurici sunt, quorum rex Thoas advenas immolare consueverat usque in adventum Orestis et Pyladis. quibus agnitis Iphigenia, quae erat templi sacerdos, ablato inde Dianae signo aufugit idque Ariciae consecravit. et Salustius 'namque omnium ferocissimi ad hoc tempus Achaei atque Tauri sunt, quod quantum ego conicio, locorum egestate rapto vivere coacti'. 123 surgere Nilo. irrigare Aegyptum. 127 testeis navigiis. talibus enim

112 iam *om. P add. ω* retor et yle *Ppr.* uel rethore thile *margo* 114 fides *Ppr.* zacynthos *P* (g *pro* c *p*) uel saguntos *margo* (saguntus *ω*) 115 excusat•meotide *P erasa* a 121 tandetestabile *P* 124 britones *P* bistones *ς* 125 Sauromataeue *ω* 126 rauiae *P* rabiae *p* 132 dare *ex* tare *P*

quae lacrimas dedit; haec nostri pars optima sensus.
plorare ergo iubet causam dicentis amici
squaloremque rei, pupillum ad iura vocantem
circumscriptorem, cuius manantia fletu
ora puellares faciunt incerta capilli.
naturae imperio gemimus, cum funus adultae
virginis occurrit vel terra clauditur infans
et minor igne rogi. quis enim bonus et face dignus
arcana, qualem Cereris vult esse sacerdos,
ulla aliena sibi credit mala? separat hoc nos
a grege mutorum, atque ideo venerabile soli
sortiti ingenium divinorumque capaces
atque exercendis pariendisque artibus apti
sensum a caelesti demissum traximus arce,
cuius egent prona et terram spectantia. mundi
principio indulsit communis conditor illis
tantum animas, nobis animum quoque, mutuus ut nos
adfectus petere auxilium et praestare iuberet,
dispersos trahere in populum, migrare vetusto
de nemore et proavis habitatas linquere silvas,
aedificare domos, laribus coniungere nostris
tectum aliud, tutos vicino limine somnos
ut collata daret fiducia, protegere armis
lapsum aut ingenti nutantem vulnere civem,
communi dare signa tuba, defendier isdem
turribus atque una portarum clave teneri.
sed iam serpentum maior concordia, parcit
cognatis maculis similis fera, quando leoni

navigiis in Nilo utuntur. 136 circumscriptorem. curatorem suum. 137 ut [*Horatius od.* 2, 5, 22] ‘sagaces falleret hospites discrimen obscurum’. capilli. id est tamquam puellae. 141 inbutum sacris dicit. mystica. cum in templo Cereris sibi invicem cursores facem tradunt. 145 exercendis. discendis artificiis faciles. 146 quem alii animum esse dicunt partem caelicae divinitatis. 151 in unum colligere in civitate. 160 id est nec serpens serpentem comedit nec fera sui generis feram.

134 casum lugentis *Curio* 136 fletus *Ppr.* 138 aduitae *Ppr.* 142 credat *p* 145 pariendis *conieceram idque habet codex Vrbinas* (rapiendis *Reginensis*) *cf. mus. rhen. 46 p. 288*: ***iendis *P* capiendis *pω cf. Claudianus rapt. Pros. III 32* 152 liquere *Ppr.* 154 limite *P corr. ω* 155 colata *Ppr.* 157 defendi****P* defendier *p*

fortior eripuit vitam leo? quo nemore umquam
expiravit aper maioris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
perpetuam, saevis inter se convenit ursis.
ast homini ferrum letale incude nefanda
produxisse parum est, cum rastra et sarcula tantum
adsueti coquere et marris ac vomere lassi
nescierint primi gladios extendere fabri.
aspicimus populos quorum non sufficit irae
occidisse aliquem, sed pectora bracchia voltum
crediderint genus esse cibi. quid diceret ergo
vel quo non fugeret, si nunc haec monstra videret
Pythagoras, cunctis animalibus abstinuit qui
tamquam homine et ventri indulsit non omne legumen?

SATVRA XVI

Quis numerare queat felicis praemia, Galli,
militiae? nam si subeuntur prospera castra,
me pavidum excipiat tironem porta secundo
sidere. plus etenim fati valet hora benigni
quam si nos Veneris commendet epistula Marti
et Samia genetrix quae delectatur harena.

163 de India. ut Terentius [*Eun.* 413] 'elephantis quem Indicis praefecerat'. 168 nescierunt primi. primo tempore qui fuerunt regnante Saturno. 169 Aegyptios. 173 Pythagoras Samius philosophus propter cognationem inter se mundi omnibus abstinuit animalibus, aversatus et fabam quae ex sanguine hominis orta esset. anastrophe: qui abstinuit, sic ponatur. 174 qui et legumina timeret edere.

XVI ista a plerisque exploditur et dicitur non esse Iuvenalis.

3 me pavidum excipiat t. n. p. si sint pericula nulla, quamvis timidus sum, tamen eo ad militandum. 6 id est Iuno.

163 rauida *Ppr.* 165 hominis *Ppr.* 166 et *P* ac *superscr. p* 168 Nescierant (a *corr. ex* u) *floril. Sangall.* extendere *P*: uel extundere *p* excudere *Seruius georg. II 539* 170 uoltu *P* uultum *p* 171 Crediderant *floril. Sang.* Crediderunt ς 172 monstra] nostra *floril. Sang.* 174 homini *Ppr.* omnes *P qui in hoc uerbo desiit,* s *erasit et* legumen *add. p*

XVI de felicitate militum *P* 1 galli *P*: uel galle *relictum est in margine* galle *pω* 2 quod si *Priscianus p. 399 et 435* subeantur *pω* *ante* 3 *lacunam statuerat Iahnius* excipiet *p* 4 fati** *P* 5 epistola *P*

commoda tractemus primum communia, quorum
haut minimum illud erit, ne te pulsare togatus
audeat, immo etsi pulsetur, dissimulet nec
audeat excussos praetori ostendere dentes
et nigram in facie tumidis livoribus offam
atque oculum medico nil promittente relictum.
Bardaicus iudex datur haec punire volenti
calceus et grandes magna ad subsellia surae
legibus antiquis castrorum et more Camilli
servato, miles ne vallum litiget extra
et procul a signis. iustissima centurionum
cognitio est igitur de milite, nec mihi derit
ultio, si iustae defertur causa querellae.
tota cohors tamen est inimica, omnesque manipli
consensu magno efficiunt curabilis ut sit
vindicta et gravior quam iniuria. dignum erit ergo
declamatoris mulino corde Vagelli,
cum duo crura habeas, offendere tot caligas, tot
milia clavorum. quis tam procul absit ab urbe
praeterea, quis tam Pylades, molem aggeris ultra
ut veniat? lacrimae siccentur protinus, et se
excusaturos non sollicitemus amicos.
'da testem' iudex cum dixerit, audeat ille
nescio quis pugnos qui vidit, dicere 'vidi',
et credam dignum barba dignumque capillis
maiorum. citius falsum producere testem
contra paganum possis quam vera loquentem
contra fortunam armati contraque pudorem.

12 nil promittente. desperante. 13 centurio. qui quasi inter illos milites militavit habentis stationem apud Bardos. est autem gens Galliae. 16 castra intra urbem erant militum quae Tiberius fecit. 23 mulino corde Vagelli. in alio Mutinensi. rhetor aliquis de Mutina. ignavus d. c. mulino. 31 dico illum ex illis esse

12 oculum *P*: uel oculos *p* *in* promitte *desiit P* nte relicto *add. p ac deinde correxit* relictos 13 Vard- *antiqui et Martialis* 18 Cognito *Ppr.* 20 cohors tamen *ω*: tamen cohors *P quod seruare uolueram scribendo* chors *sed cf.* X 18 XIII 173 21 officiunt *p* curabitis *p* 22 et *P conexis litteris quarum posteriorem expunxit p* (*fecit ergo* Vindictae), et *om.* *ω* 23 mulino *P*: mutinensi *margo* mutinensi *aut* mutinensis *ω* 24 do *P* duo *p* caligas tot *Dempster et Mercerius*: caligatos *Pω* 29 cum *P*: quem *p* duxerit *Ppr.* illi *Ppr.* 33 loquente *et* 34 pudore *P corr. p*

praemia nunc alia atque alia emolumenta notemus
sacramentorum. convallem ruris aviti
improbus aut campum mihi si vicinus ademit
et sacrum effodit medio de limite saxum,
quod mea cum patulo coluit puls annua libo,
debitor aut sumptos pergit non reddere nummos
vana supervacui dicens chirographa ligni,
expectandus erit qui lites inchoet annus
totius populi. sed tunc quoque mille ferenda
taedia, mille morae; totiens subsellia tantum
sternuntur, iam facundo ponente lacernas
Caedicio et Fusco iam micturiente parati
digredimur, lentaque fori pugnamus harena.
ast illis quos arma tegunt et balteus ambit,
quod placitum est ipsis praestatur tempus agendi,
nec res atteritur longo sufflamine litis.
solis praeterea testandi militibus ius
vivo patre datur. nam quae sunt parta labore
militiae, placuit non esse in corpore census,
omne tenet cuius regimen pater. ergo Coranum
signorum comitem castrorumque aera merentem
quamvis iam tremulus captat pater; hunc favor aequus
provehit et pulchro reddit sua dona labori.
ipsius certe ducis hoc referre videtur
ut qui fortis erit, sit felicissimus idem,
ut laeti phaleris omnes et torquibus, omnes

* * *

antiquis, si testimonium tibi praebeat. 36 id est militiae. quia iurabant. 37 si egeris contra aliquem, quod terminos effoderit et transtulerit. 51 qui castrense peculium liberum habent.

35 adque molumenta *P* alię *superadd. tum* atq; emol- *corr. p* 38 Et *P*: At *p* Aut *ω* effodi *Ppr.* medio *P*: uel sao *sic superscr. p pro* sancto? sacro *et superscriptum* medio *Leidensis habet* 39 uetulo *ω* puls *P*: puis *ut uidetur p* plus ς 40 pergit *paene totum in litura P*, git *ex* c• 41 *cf.* XIII 137 42 inchoet] e *ex* a? *P* 45 lucernas *p* 46 fusco iam *ex* fuscolam *P* 48 illis *ω*: illi *P* 50 subflamine *P* 52 labore *ex* lau•re *P* 53 esset *Ppr.* 56 fauor *Rupertius*: labor *Pω* 60 *in P extremi quaternionis extremae paginae uersus extremus. cetera desunt*

Titvlvs Aqvinas *CIL.* X 5382 (*Henzen Or.* 5599) C[ere]ri sacrum | [D. Iu]nius Iuvenalis | trib. coh. [I] Delmatarum | IIvir quinq. flamen | divi Vespasiani | vovit dedicav[itq]ue | sua pec.

Martialis VII 24 (*anno* 91 *vel* 92)

Cum Iuvenale meo quae me committere temptas,
quid non audebis, perfida lingua, loqui?
te fingente nefas Pyladen odisset Orestes,
Thesea Perithoi destituisset amor,
tu Siculos fratres et maius nomen Atridas
et Ledae poteras dissociare genus.
hoc tibi pro meritis et talibus inprecor ausis,
ut facias illud, quod, puto, lingua, facis.

idem VII 91

De nostro, facunde, tibi, Iuvenalis, agello
Saturnalicias mittimus ecce nuces.
cetera lascivis donavit poma puellis
mentula custodis luxuriosa dei.

idem XII 18 (*circa annum* 100)

Dum tu forsitan inquietus erras
clamosa, Iuvenalis, in Subura
aut collem dominae teris Dianae,
dum per limina te potentiorum
sudatrix toga ventilat vagumque
maior Caelius et minor fatigant,
me multos repetita post decembres
accepit mea rusticumque fecit
auro Bilbilis et superba ferro.
hic pigri colimus labore dulci
Boterdum Plateamque — Celtiberis
haec sunt nomina crassiora terris.
ingenti fruor inproboque somno,
quem nec tertia saepe rumpit hora,
et totum mihi nunc repono quidquid
ter denos vigilaveram per annos.
ignota est toga, sed datur petenti
rupta proxima vestis a cathedra.
surgentem focus excipit superba
vicini strue cultus iliceti,
multa vilica quem coronat olla.

venator sequitur, sed ille quem tu
secreta cupias habere silva.
dispensat pueris rogatque longos
levis ponere vilicus capillos.
sic me vivere, sic iuvat perire.

VITA D. IVNII IVVENALIS. Iunius Iuvenalis, libertini locupletis incertum est filius an alumnus, ad mediam fere aetatem declamavit animi magis causa quam quod se scholae aut foro praepararet. deinde paucorum versuum satura non absurde conposita in Paridem pantomimum poetamque eius semenstribus militiolis tumentem genus scripturae industriose excoluit. et tamen diu ne modico quidem auditorio quicquam committere est ausus. mox magna frequentia magnoque successu bis ac ter auditus est, ut ea quoque quae prima fecerat inferciret novis scriptis [7, 90]

quod non dant proceres, dabit histrio. tu Camerinos
et Bareas, tu nobilium magna atria curas?
praefectos Pelopea facit, Philomela tribunos.

erat tum in deliciis aulae histrio multique fautorum eius cottidie provehebantur. venit ergo Iuvenalis in suspicionem, quasi tempora figurate notasset, ac statim per honorem militiae quamquam octogenarius urbe summotus est missusque ad praefecturam cohortis in extrema parte tendentis Aegypti. id supplicii genus placuit, ut levi atque ioculari delicto par esset. verum intra brevissimum tempus angore et taedio periit.
adde scholia 1, 1 4, 38 7, 92 15, 27.

1 *praenomen poetae in P testatur scholiasta uitae hac adnotatiuncula* Decimi dicebantur uel a kalendario die natiuitatis uel ab ordine alicuius dignitatis quam decies habuerant

hanc solam uitam antiquitas nobis tradidit compositam ut arbitror circa Theodosiorum tempora. ab hac ceterae omnes cum manarint, nihil habent proprium aut aliunde sumptum quam unde ipse adsumas. id quod in proecdosi dilectu aliquo talium nugarum instituto significaui, nunc licet plurimae mihi in promptu sint uitae (magnam partem Iulius Duerr proposuit in progr. gymn. Vlmiensis a. 1888) itaque plurimorum commentorum demonstrare origines possim, haec omnia praeterire satius puto utpote nihil profutura siquis de temporibus ac uita poetae quaerat, credulis autem nocitura. unam adiungo quam P unam antiquae isti adiunxit uitam, quod et breuis est et tamen amplificationis exemplum, hic enim accessit necessaria sane in uita scribunda notatio patriae et temporis, uera illa, haec scholiorum

fallaciis fucata: Iuuenalis iste Aquinates fuit id est de Aquino oppido temporibus Neronis Claudii imperatoris. prima aetate siluit. ad mediam ferme aetatem declamauit. unde et quasi diu tacens ab indignatione coepit dicens 'semper ego auditor tantum?' fecit quosdam uersus in Paridem pantomimum, qui tunc apud imperatorem plurimum poterat. hac de causa uenit in suspicionem, quasi ipsius imperatoris tempora notasset, sicque sub obtentu militiae pulsus est urbe. ita tristitia et angore periit.

Sidonivs Apollinaris *carm.* IX 269

non qui tempore Caesaris secundi
aeterno incoluit Tomos reatu,
nec qui consimili deinde casu
ad vulgi tenuem strepentis auram
irati fuit histrionis exul.

Iohannes Malala *chron.* X *p.* 341 *Chilm.* *ὁ δὲ [αὐτὸς βασιλεὺς] Δομετιανὸς ἐφίλει τὸν ὀρχηστὴν τοῦ πρασίνου μέρους [τῆς Ῥώμης] τὸν λεγόμενον Πάριδα, περὶ οὗ καὶ ἐλοιδορεῖτο ἀπὸ τῆς συγκλήτου [Ῥώμης] καὶ Ἰουβεναλίου τοῦ ποιητοῦ [τοῦ Ῥωμαίου ὡς χαίρων εἰς τὸ πράσινον]. ὅστις βασιλεὺς ἐξώρισε τὸν [αὐτὸν] Ἰουβενάλιον [τὸν ποιητὴν] ἐν Πενταπόλει ἐπὶ τὴν Λιβύην, τὸν δὲ ὀρχηστὴν πλουτίσας ἔπεμψεν ἐν Ἀντιοχείᾳ· ὃς κτίσας οἶκον καὶ λουτρὸν ἔξω τῆς πόλεως ἐκεῖ τελευτᾷ.*

Svidas *Ἰουβενάλιος ποιητὴς Ῥωμαῖος. οὗτος ἦν ἐπὶ Δομετιανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων. ὁ δὲ Δομετιανὸς* *et cetera omissis quae uncis inclusa sunt superius.*

Ammianvs XXVIII 4,14 quidam detestantes ut venena doctrinas, Iuvenalem et Marium Maximum curatiore studio legunt, nulla volumina praeter haec in profundo otio contrectantes.

Rvtilivs Namatianvs I 603

huius vulnificis satura ludente Camenis
nec Turnus potior nec Iuvenalis erit.

Iohannes Lydvs *de mag.* I 41 *Τοῦρνος δὲ καὶ Ἰουβενάλιος καὶ Πετρώνιος αὐτόθεν ταῖς λοιδορίαις ἐπεξελθόντες τὸν σατυρικὸν νόμον παρέτρωσαν.*

SVLPICIAE ET TVRNI
QVAE FERVNTVR

M editio Merulae a. 1498 et 1509
V editio Vgoleti a. 1499 et 1501

SVLPICIAE CARMEN ·LXX·

Musa, quibus numeris heroas et arma frequentas,
fabellam permitte mihi detexere paucis.
nam tibi secessi, tecum penetrale retractans
consilium. quare nec carmine curro Phalaeco,
nec trimetro iambo, nec qui pede fractus eodem
fortiter irasci discit duce Clazomenio;
cetera quin etiam, quot denique milia lusi
primaque Romanos docui contendere Graiis
et salibus variare novis, constanter omitto,
teque, quibus princeps et facundissima calles,
aggredior. precibus descende clientis et audi.
  dic mihi, Calliope, quidnam pater ille deorum
cogitat? an terras et patria saecula mutat,
quasque dedit quondam, morientibus eripit artes,
nosque iubet tacitos et iam rationis egentes
non aliter, primo quam cum surreximus arvo,
glandibus et purae rursus procurrere lymphae?
an reliquas terras conservat amicus et urbes,
sed genus Ausonium Romulique exturbat alumnos?
quid? reputemus enim: duo sunt quibus extulit ingens
Roma caput, virtus belli et sapientia pacis.
sed virtus agitata domi et socialibus armis
in freta Sicaniae et Carthaginis exilit arces
ceteraque imperia et totum simul abstulit orbem.

Queritur de statu reip. et temporibus Domitiani *MV* 2 pacis *Heinsius* 3 secessit *M* 4 phaleuco *V* 5 trimetro nec qui fractus pede iambus eodem *Lachmannus* 6 didicit *Vinetus* 7 quod denique *MV*: quondam quae *Heinsius* 8 Romanas *Vinetus* 10 et *MV*: o *Iahnius* 12 quid non *V* 14 morientis *coni. Iahnius* 15 tacitas *V* egenos *V* *post* 15 *ponunt MV* 20 21 22, *transposuit Vinetus* 16 aeuo *Avantius* 17 procumbere *Pithoeus* 18 amicas *M* 19 Remulique *Scaliger* extirpat *Baehrens* 23 exiit *Pithoeus* exciit *Lachmannus* artes *M*

deinde velut stadio victor qui solus Achaeo
languet et immota secum virtute facessit,
sic itidem Romana manus, contendere postquam
destitit et pacem longis frenavit habenis,
ipsa domi leges et Graia inventa retractans
omnia bellorum terra quaesita marique
praemia consilio et molli ratione regebat.
stabat in his, neque enim poterat constare sine ipsis,
aut frustra uxori mendaxque Diespiter olim
'imperium sine fine dedi' dixisse probatur.
nunc igitur qui res Romanas imperat inter,
non trabe sed tergo prolapsus et ingluvie albus,
et studia et sapiens hominum nomenque genusque
omnia abire foras atque urbe excedere iussit.
quid facimus? Graios hominumque relinquimus urbes,
ut Romana foret magis his instructa magistris:
nunc, Capitolino veluti turbante Camillo
ensibus et trutina Galli fugere relicta,
sic nostri palare senes dicuntur et ipsi
ut ferale suos onus extirpare libellos.
ergo Numantinus Libycusque erravit in isto
Scipio, qui Rhodio crevit formante magistro,
ceteraque illa manus bello facunda secundo,
quos inter prisci sententia dia Catonis
scire deos magni fecisset, utrumne secundis
an magis adversis staret Romana propago.
scilicet adversis. nam cum defendier armis
suadet amor patriae et captiva penatibus uxor,
convenit, ut vespis, quarum domus arce movente,
turba tegens strictis per lutea corpora telis;
ast ubi apes secura redit, oblita suorum

25 stadio *Tornaesiana*: studio *MV* 26 sensim *Peiper. nulla secum facta certatione uirtutis* fatiscit *Scaliger* 33 at *Buherius* haut *Cannegieter* Veneri *Burmannus* 34 *Vergili Aen. I 279* *post* 34 *lacunam indicarat Iahnius* 35 rex Romanos *Dousa* imperat *Scaliger*: inferat *MV* 39 reliquimus *Cannegieter* 40 manus his *Burmannus* 41 nunc *Scaliger*: non *MV* 42 fugiere *M* 43 si *M* adiguntur *Baehrens* 44 suos onus *Scaliger*: suo sonus *MV* exportare *Burmannus* 45 Numantinus Libycusque *Tornaesiana*: numantinas libycasque *MV* 47 cetera et illa *edebatur*

49 deis *Iahnius* adeo *Pithoeus. nosse diuinam uoluntatem* 52 caritura *Peiper. quae continetur domo* 53 monetae *V cf. Iliadis XII 167* 54 rigens *Scaliger* 55 apes *MV cf. Priscianus p. 241.* pax *edebatur* res *LMueller* suorum *M*: fauorum *V* laborum *Heinsius*

plebs fraterque una somno moriuntur obeso.
Romulidarum igitur longa et gravis exitium pax.
hoc fabella modo pausam facit. optima, posthac,
Musa, velim moneas, sine qua mihi nulla voluptas
vivere, uti quondam Smyrna Lydusque peribat,
nunc itidem migrare velit. vel denique quidvis
ut dea quaere aliud: tantum Romana Caleno
moenia iucundos pariterque averte Sabinos.
haec ego, tum paucis dea me dignarier infit:
'pone metus aequos, cultrix mea; summa tyranno
haec instant odia et nostro periturus honore est.
nam laureta Numae fontisque habitamus eosdem
et comite Egeria ridemus inania coepta.
vive, vale. manet hunc pulchrum sua fama dolorem;
Musarum spondet chorus et Romanus Apollo.'

56 materque *Pithoeus* patresque *Dousa. tangitne monachos?* 58 hoc *Pithoeus*: hac *MV* haec *Scaliger* 60 smyrnalibusque *MV cf. Herodoti I 94* Lydus (Lydis *Heinsius*) dum Smyrna peribat *Pithoeus* 61 uelint *Tornaesiana* uelis *Burmannus* uelim *Boxhornius* 62 tu dea *Heinsius* 63 facundos *M* aduerte *Scaliger* 65 caecos *MHertzius* 66 ecce instant *Heinsius* 69 sua *Pithoeus*: tua *MV* 70 finiunt Sulpitiae dicta *MV*

Probvs *Vallae ad Iuven.* VI 537 *de cadurco:* est instita qua lectus intenditur. unde ait Sulpicia

si me Cadurcis dissolutis fasciis
nudam Caleno concubantem proferat

Sulpicia si me *scripsi*: Sulpicius ne *Valla*. Sulpicia ne me *Pithoeus* cadurci *Munckerus* dissolutis *scripsi* (*secutus est Baehrens FPR. p. 370*): restitutis *Valla*. destitutam *Pithoeus* nudam *Pithoeus*: nudum *Valla* concubantem *Pithoeus*: concumbentem *Valla* proferas *Munckerus*

Martialis X 35

Omnes Sulpiciam legant puellae,
uni quae cupiunt viro placere;
omnes Sulpiciam legant mariti,
uni qui cupiunt placere nuptae.
non haec Colchidos asserit furorem,
diri prandia nec refert Thyestae,
Scyllam, Byblida nec fuisse credit,
sed castos docet et probos amores,

lusus, delicias facetiasque.
cuius carmina qui bene aestimarit,
nullam dixerit esse nequiorem,
nullam dixerit esse sanctiorem.
tales Egeriae iocos fuisse
udo crediderim Numae sub antro.
hac condiscipula vel hac magistra
esses doctior et pudica, Sappho;
sed tecum pariter simulque visam
durus Sulpiciam Phaon amaret.
frustra, namque ea nec Tonantis uxor
nec Bacchi nec Apollinis puella
erepto sibi viveret Caleno.

idem X 38

O molles tibi quindecim, Calene,
quos cum Sulpicia tua iugales
indulsit deus et peregit annos.
o nox omnis et hora, quae notata est
caris litoris Indici lapillis.
o quae proelia, quas utrimque pugnas
felix lectulus et lucerna vidit
nimbis ebria Nicerotianis.
vixisti tribus, o Calene, lustris:
aetas haec tibi tota computatur,
et solos numeras dies mariti.
ex illis tibi si diu rogatam
lucem redderet Atropos vel unam,
malles quam Pyliam quater senectam.

Avsonivs *in centonis nuptialis epilogo p.* 214 *Bip.* 218 *Peip.* meminerint probissimo viro Plinio in poematiis lasciviam, in moribus constitisse censuram, prurire opusculum Sulpiciae, frontem caperare, esse Appuleium in vita philosophum, in epigrammatis amatorem.

Fvlgentivs *myth.* I *p.* 598 neque enim illas heroidarum arbitreris lucernas meis praesules libris, quibus aut Sulpicillae procacitas aut Psyches curiositas declaratur.

Sidonivs Apollinaris *carm.* IX 261

non quod Sulpiciae iocus Thaliae
scripsit blandiloquum suo Caleno.

TVRNVS

Scholiasta *Iuvenalis* I 71 inde ait Turnus in satura

ex quo Caesareas suboles Lucusta cecidit
horrendi curas avertere nata Neronis.

quo *Probus Vallae*: qua *S* soboles Locusta cecidit horrendum curas dum liberat atra Neronis *Probus* soboles horrida locusta occidit cura sui uerna nota neronis *S*: *redegi in uersus* (*secutus est Baehrens FPR. p. 371 ex parte*), *alterius requiritur emendatio, potest* cura scelerata *uel* fraterna nota

Probvs *Vallae ad Iuven.* I 20 Turnum dicit Scaevi Memoris tragici poetae fratrem. Turnus hic libertini generis ad honores ambitione provectus est, potens in aula Vespasianorum Titi et Domitiani.

Remoris *Valla corr. Pithoeus*

Martialis VII 97, 7 *de Caesio Sabino*

nam me diligit ille proximumque
Turni nobilibus legit libellis.

idem XI 10

Contulit ad saturas ingentia pectora Turnus:
cur non ad Memoris carmina? frater erat.

Rvtilivs Namatianvs I 603 *de Lucillo Decii Acinatii patre*

huius vulnificis satura ludente Camenis
nec Turnus potior nec Iuvenalis erit.

Sidonivs Apollinaris *carm.* IX 265

non Lucilius hic Lucretiusque est,
non Turnus Memor Ennius Catullus
Stella et Septimius Petroniusque
aut mordax sine fine Martialis.

Iohannes Lydvs *de mag.* I 41 *Τοῦρνος δὲ καὶ Ἰουβενάλιος καὶ Πετρώνιος αὐτόθεν ταῖς λοιδορίαις ἐπεξελθόντες τὸν σατυρικὸν νόμον παρέτρωσαν.*

NOMINA PERSII

Accius *tragicus* I 76
Aegaeum V 142
Anticyra IV 16
Antiopa *Pacuvii* I 78
Appenninus I 95
Apula canis I 60
Arcadiae pecuaria III 9
Arcesilas III 79
Arreti aedilis I 130
Attis Berecyntius I 93 105
Attius *Labeo* I 50
Bassaris I 101
Bassus *Caesius* VI 1
Bathyllus *pantomimus* V 123
Baucis *anus holera vendens* IV 21
Berecyntius Attis I 93
Bestius *ex Horatio* VI 37
Bovillae VI 55
Brisaeus Accius I 76
Bruto liberior V 85
Bruttia saxa VI 27
Caesar *Gaius* VI 43
Caesonia *Gai* VI 47
Calabrum vellus II 65
Callirhoe *liber* I 134
Camena V 21
Cappadoces *in* catasta VI 77
Cato *Vticensis* III 45
Chaerestratus *ex Menandro* V 162
Chrysippus VI 80
Chrysis *ex Menandro* V 165
Cleanthea fruge V 64
Coa lubrica V 135
Cornutus *Annaeus* V 23 37
Crassi aedes II 36
Craterus *medicus* III 65
Cratinus I 123
Crispini balnea V 126
Curibus praedia IV 26
Dama agaso V 76
Davus *ex Menandro* V 161 168
Dinomaches *Alcibiades* IV 20
Ennius VI 10
Ergenna *haruspex* II 26
euhion ingeminat I 102
Eupolis I 124
Falernum *vinum* III 3
Flaccus *Horatius* I 116
Floralia V 178
*Fulfennius *centurio* V 190
Germana pubes VI 44
Glycon *tragoedus* V 9
Grai I 127 VI 38 Graeci V 191
Helicon V 7
Heliconidas *Musas choli.* 4
Hercule dextro II 12
Herodis dies V 180
Hypsipyle *carmen* I 34
Ianus I 58
Ilias Atti I 50 nulla Iliade I 123
Ionium *mare* VI 29
Italo honore I 129 mercibus Italis V 54
Iuppiter II 18 22 40 V 50 114 137
Labeo *Attius* I 4
Lares V 31
Lemures V 185
Licini campos II 36
Ligus ora VI 6
Lucilius I 114
Lunae portus VI 9
Lupus *ex I Lucili* I 115
Macrinus *Plotius* II 1
Maenas I 101 105
Maeonides *Homerus* VI 11
Manius heres VI 56 60
Marcus *civis R.* V 79
Marsus cliens III 75
Masurius *Sabinus* V 90
Medi *Persae* III 53
Melicerta V 103
Mercurius II 44 VI 62 V 112
Messalae propago II 72
Mimallonei bombi I 99

Mucius *ex II Lucili* I 115
Musa I 68
Mycenis *Thyestes* V 17
Natta discinctus III 31
Nereus *mare* I 94
Nerius *ex Horatio* II 14
Numae vasa II 59
Orestes non sanus III 118
Pacuvius *tragicus* I 77
Palilia fumosa I 72
Parca V 48
Parnasus *choli.* 2
Parthi vulnera V 4
Pedius *Blaesus* I 85
Pegaseium nectar *choli.* 14
Periclis pupillus IV 3
Phyllis *carmen* I 34
Pirene *choli.* 4
Polydamas *ex Homero* I 4
Ponto saperdae V 134
Procnes olla V 8
Publius *civitate donatus miles* V 74
Pulfennius *centurio* V 190
Pythagoreus pavo VI 11
Quintius *ab aratro dictator* I 73
Quintus *Ennius* VI 11
Quirites III 106 IV 8 V 75
Remus I 73
Rhenos ingentes VI 47
Roma I 5 8
Romule, ceves? I 87
Romulidae I 37
Sabinus focus VI 1
Samii rami litterae III 56
Saturnus *sidus* V 50 Saturnia aera II 59
Siculus iuvencus *Phalaridis* III 39
Socraticus sinus V 37
Solones aerumnosi III 79
Staius *bonus iudex* II 19 22
Subura V 32
Surrentina *vina* III 93
Tadius *legator* VI 66
Thyestae olla V 8
Tiberinus *amnis* II 15
Titi *trossuli* I 20
Troiades I 4
Tuscum stemma II 28 fictile II 60
Veientanum *vinum* V 147
Velina *tribus* V 73
Venus II 70 V 58
Vestales urnae II 60
Vettidius *Curibus* IV 25
Virbi clivus *Ariciae* VI 56
Vmbri pingues III 74

NOMINA IVVENALIS

*Acci *tragica ornamenta* VI 70
Acestes VII 235
Achaei III 61
Achilles I 163 VII 210 VIII 271 X 256 XI 30 XIV 214
Acilius *Glabrio* IV 94
Actiaca carina II 109
Actor Auruncus II 100
Adriacus rhombus IV 39
Aeacus I 10
Aeacides *Achilles* VIII 270
Aegaeum mare XIII 81 246
Aegyptus VI 527 XV 2 45 116
Aegyptius nescio quis I 130
Aelia pauper VI 72
Aemiliani stantes in curribus VIII 3
Aemilius pons VI 32
Aemilius *causidicus* VII 124
Aeneas I 162 V 139 XV 67
Aeoliae rupes I 8 X 181
Aethiops II 23 VIII 33 X 150
Afri V 152 VIII 120 XI 142
Africa VII 149 X 148
Agamemnon XIV 286
Agamemnonides *Orestes* VIII 215
Aganippe VII 6
Agathyrsi XV 125
Agaue *Statii* VII 87
Agrippa *Iudaeus* VI 158
Agrippinae *boletus* VI 620
Aiax *Telamonis f.* VII 115 X 84 XIV 213 XV 65
Alabanda III 70
Alba *Longa* IV 61 Albana arx IV 145 100 V 33 Albanum vinum XIII 214
Albina *orba* III 130
Alcestis VI 653
Alcinous XV 15
*Alcitheos Pacci VII 12
Alexander *Magnus* XIV 311
Alledius *gulosus* V 118
Allobrox Cicero Rufus VII 214
Allobrogici *Fabii* VIII 13

Alpes X 166 XIII 162 Alpem X 152
Ambrosius choraules VI 77
Amphion *et Niobe* VI 174
Amydon III 69
Anchemoli noverca VII 235
Anchisae nutrix VII 234
Ancon *Piceni* IV 40
Ancus *rex* V 57
Andromache a fronte VI 503
Andros III 70
Antaeus III 89
Anticatones Caesaris VI 338
Anticyra XIII 97
Antigonae persona VIII 229
Antilochus X 253
Antiochus *comoedus* III 98
Antiphates laris XIV 20
Antonius *raptor provinciae* VIII 105 *triumvir* X 123
Anubis derisor VI 534
Aonides *musae* VII 59
Apicius IV 23 XI 3
Apollo I 128 VII 37 XIII 203
Appi nominis VI 385
Apula gannit VI 64
Apulia IV 27 praedia Apula IX 55
Aquinum *Iuvenalis* III 319
Arabarches I 130
Arachne II 56
Arcadicus iuvenis *asinus* VII 160
Archigenes *medicus* VI 236 XIII 98 XIV 252
Aricini axes IV 117
Aristoteles II 6
Armenia VIII 169 Armenius II 164 VI 407 550
Armillatus *delator* IV 53
Arpinas *Cicero* VIII 237 *Marius* VIII 245
Artaxata II 170
Artorius III 29
Arviragus *rex Britannorum* IV 127
Asia V 56 X 266 Asiani di III 218 equites VII 14
Assaracus X 259
Assyrius orbis II 108
Astraea VI 19
Asturici magna domus III 212
Asylus *gladiator* VI 267
Atellanae exodium VI 71
Athenae III 80 VII 205 IX 101 X 127 XV 110
Athos X 174
Atlas VIII 32 XIII 48 *mons* XI 24
Atreus *Lappae* VII 73
Atrides VI 660 *Domitianus* IV 65
Atticus lautus XI 1
Aventinus III 85
Aufidius moechus IX 25
Augustus mensis III 9 *princeps* X 77 93 meretrix Augusta VI 118
Aurelia *captata* V 98
Aurora X 2
Auruncae alumnus *Lucilius* I 20
Auruncus Actor II 100
Automedon *auriga* I 61
Autonoes gestibus VI 72
Bacchanalia III 3
Baeticus aer XII 42
Baiae III 4 XI 49 Baiana cumba XII 80
baptae *Eupolidis* II 92
Bardaicus calceus XVI 13
Barea *Soranus* III 116 VII 91
Basilus *causidicus* VII 145 X 222
Batavi VIII 51
Bathyllus saltat Ledam VI 63
Bedriaci campi II 106
Belides multae VI 655
Bellerophon X 325
Bellona furens IV 124 VI 512
Beneventanus sutor *Vatinius* V 46
Beronice *soror Agrippae* VI 156
Bibula *pulcra* VI 142
Bithyni VII 15 X 162
Bithynicus Volusius XV 1
Blandus Rubellius VIII 40
Boccar *Massylus* V 90
bona dea II 86 VI 314
bootes V 23
bracati *Galli* VIII 234
Brigantes XIV 196
Britanni II 161 XV 111 IV 126 ballaena Britannica X 14
Britannicus *Claudi f.* VI 124
Brittones XV 124
Bromius *ephebus* VI 378
Bruti IV 103 V 37 VIII 182 XIV 43
Bruttedius *Seiani amicus* X 83
Bruttia fascia visci IX 14
Cacus V 125
cadurco violato VI 537 VII 221
Caedicius gravis XIII 197 facundus XVI 46
Caesar *princeps* IV 51 135 VII 1 VIII 171 X 86 330 XII 106 XIV 330 *C. Iulius* Caesar V 4 VI 338
Caesonia *Caligulae* VI 616

Caieta XIV 87
Calenum *vinum* I 69
Calliope IV 34
Calpe XIV 279
Calvina III 133
Calvinus *periurium querens* XIII 5
Camenae III 16 VII 2
Camerini VII 90 VIII 38
Camillus II 154 XVI 15
Campania X 283
Cannae II 155 VII 163 X 165 XI 200
Canopus I 26 VI 84 XV 46
Cantaber XV 108
Canusina ovis VI 150
Capena *porta* III 11
Capito *pirata Cilicum* VIII 93
Capitolia X 65 XIV 91 Capitolina quercus VI 387
Capitolini II 145
Cappadoces equites VII 15
Capreae *sedes Tiberii* X 72 93
Carfinia *moecha* III 69
Carpathium aequor XIV 278
Carpophorus *voce molli* VI 199
Carrinas Secundus VII 205
Carthago VI 171 X 277
Carus *Mettius* I 36
Cassandra X 362
Cassius *et Bruti* V 37
Castor XIII 152 XIV 260
Catiena III 133
Catilina II 27 VIII 231 X 288 XIV 41
Catinensis pumex VIII 16
Cato tertius II 40 durus XI 90
Catulla *meretrix* II 49 X 322
Catullus *Messalinus* IV 113 *mimographus* VIII 186 XIII 111 *amicus poetae* XII 29 37 93
Catulus *aliquis* III 30 Catuli minoribus II 146
Cecropides VIII 46 53
Cecropis VI 187 Cecropia Cotyto II 92
Celadus *grammaticus* VII 215
Celaeno VIII 130
Celsus *Cornelius de rhetorica* VI 245 *praetor* VIII 194?
Censennia *locuples* VI 136
Ceres III 320 VI 50 IX 24 X 112 XIV 219 263 XV 141
Cethegus *Catilinae socius* II 27 VIII 231 X 287
Chaerippus *Cilicum defensor* VIII 95
Chaldaei VI 553 X 94
Charybdis V 102 XV 17
Chatti IV 147
Chione *prostibulum* III 136
Chiro *stratus in cista* III 205
Chrysippus II 5 XIII 184
Chrysogonus *citharoedus* VI 74 VII 176
Cicero VII 139 214 VIII 244 X 114
Cilicum piratae VIII 94
Cilicis pugnae *gladiatoris* IV 121
Cimbri VIII 249 251 XV 124
Circe *ex Odyssea* XV 21
Circeis ostrea IV 140
Cirrha VII 64 Cirrhaeus vates XIII 79
Claudius Caesar V 147 VI 115 XIV 330
Cleanthas archetypos II 7
Cleopatra *victa ad Actium* II 109
Clio VII 7
Clitumni pascua XII 13
Clodius *incestus* II 27 VI 345
Clotho IX 135
Cluvia II 49
Cluvienus *poeta* I 80
Clytaemestra VI 656
Cocles *Horatius* VIII 264
*Cocytus II 150
Codrus *pauper* III 203
Colchis *Medea* VI 643
Collina turris VI 291
Commagenus haruspex VI 550
Concordia quae crepitat I 116
Coptus calida XV 28
Coranus *miles* XVI 54
Corbulo *elephans?* III 251
Corcyraea *Phaeacum* XV 25
Cordi Theseis I 2
Corinthos uncta VIII 113
Corinthus stupidus VIII 197
Cornelia mater Gracchorum VI 167
Corsica mullum misit V 92
Corvinus *nobilis* I 108 VIII 5 7 *amicus poetae* XII 1 93
Corybanta videbis V 25
Corycia puppis XIV 267
Corydon *ex Vergilio* IX 102
Coryphaeus *ecus* VIII 62
Cosmi ahenum VIII 86
Cossus *nobilis* III 184 VIII 21 captator X 202
Cotta *Ovidi patronus* V 109 VII 95
Cotyto Cecropia II 92
Coa conchylia VIII 101
Crassus *potens* X 108

Cremerae legio II 155
Crepereius Pollio IX 6
Cressa *Phaedra* X 327
Cretae de litore passum XIV 270
Creticus *nobilis orator* II 67 78 VIII 38
Cretonius aedificator XIV 86 92
Crispinus *praef. praet.* I 27 IV 1 14 24 108
Crispus *Vibius* IV 81
Croesus X 274 XIV 328
Cumae III 2 321 IX 57
Curii II 3 153 VIII 4 XI 78
Curtius bucca XI 34
Cyane *copa* VIII 162
Cyaneae XV 20
Cybele II 111 XIV 263 mater deum VI 512 IX 23
Cyclas *exulum* VI 563
Cyclopes XV 18
cynici XIII 121 XIV 309
Cynthia *Properti* VI 7
Daci IX 111
Dacicus *aureus* VI 205
Daedalus III 25
Damasippus *e nobili ludius* VIII 185
december VII 97 aquilo IX 68
Decii VIII 254 258 XIV 239
Delphis oracula VI 555
Demetrius *comoedus* III 99
Democritus *ridens* X 34
Demosthenes X 114
Deucalion I 81
Diana III 320 X 292 XV 8
Diomedeae *epicorum* I 53
Diphilus aliquis III 120
Dolabella *inter raptores provinciarum* VIII 105
Domitius *pater Neronis* VIII 228
Dorica Ancon IV 40
Doris *nuda* III 94
Drusus *generosus* VIII 21 40 *somnulentus* III 238
Echion citharoedus VI 76
Egeriae vallis III 17
Electra VIII 218
Elissa *Vergilii* VI 435
Elpenor *Homeri* XV 22
Endymion tuus X 318
Ennosigaeus X 182
Epicuri horti XIII 122 XIV 319
Epona VIII 157
Eppia nupta senatori VI 82 104 114
Erinys VII 68
Eriphylae multae VI 655
Esquiliae III 71 V 78 XI 51
Etruscum aurum *bulla* V 164
Euander XI 61
Euganea agna VIII 15
Eumenides XIV 285
Euphranoris *aera* III 217
Euphrates I 104 VIII 57
Europe VIII 34
Euryalus *ludius* VI 81
Fabii II 146 VIII 14 191 XI 90 Fabius Gurges VI 266 *poetarum patronus* VII 95
Fabrateria III 224
Fabricius censor II 154 IX 142 XI 91 Veiento IV 129
Fabulla *moecha* II 68
Faesidius agens *caussas* III 32
Falernum *vinum* IV 138 VI 303 430 IX 116 XIII 216 ulmi Falernae VI 150
Fausti *poemata* VII 12
Fidenae VI 57 X 100
Fides I 115
Flaccus *Horatius* VII 227
Flaminia *via* I 61 171
Flavius ultimus IV 37
Flora *dea* XIV 262 *meretrix* II 49
Fonteius consul *anni 67 p. Chr.* XIII 17
Fortuna III 40 VI 605 VII 197 IX 148 X 52 285 366 XIV 90 316
Frontonis *domus* I 12
Frusino III 224
Furiae XIII 51
Fuscinus *poetae amicus* XIV 1
Fuscus *Cornelius* IV 112 *iudex vel patronus* XVI 46 sitiens coniux Fusci XII 45
Gabba *scurra* V 4
Gabii III 192 VI 56 VII 4 X 100
Gades X 1 Gaditana *prurientia* XI 162
Gaetulice seu tu Silanus VIII 26
Gaetuli V 53 59 X 158 XI 140 XIV 278
Galba *inter imagines* VIII 5 *Aug.* II 104 VIII 222
Galla *coniux clientis* I 125
Galli XI 113 Gallus textor IX 30
Gallia VII 148 XV 111 Gallicus axis VIII 116 gallica *solea* nudo talo VII 16

Gallicus *praef. urbi* XIII 157
Gallitta locuples orba XII 99 113
Gallius *poetae amicus* XVI 1
Gallus *causidicus* VII 144
Ganges X 2
Ganymedes Pacis IX 12 *pincerna* V 59
Gaurus *vitifer* IX 57 Gaurana ostrea VIII 86
Germani caerula lumina XIII 164
Germanicus *aureus* VI 205
Geticae pruinae V 50
Gillo *vetularum subactor* I 40
Glaphyrus citharoedus VI 77
Gorgo XII 4 Gorgoneus caballus III 118
Gracchi II 24 VI 168 Gracchus *salius* II 117 143 VIII 201 210
Gradivus II 128 XIII 113
Grai VIII 226 X 138 XI 100 XV 110 Graeci III 61 114 VI 16 XIV 89 Graeculus III 78 VI 186 Graecia X 174 XIV 240
Gurges Fabius VI 266
Gyara I 73 X 170
Haemus *comoedus* III 99 *idemne* VI 198?
Hamillus *pedico* X 224
Hammonis fons VI 555
Hannibal VI 170 291 VII 161 X 147 XI 108
Hector X 259
Hedymeles *citharoedus* VI 383
Heliadum crustae *electra* V 38
Heliodorus *chirurgus* VI 373
Helvidius *Priscus* V 36
Helvina Ceres *Aquini* III 320
Heracleae *epicorum* I 52
Hercules II 20 III 89 V 125 X 361 XIII 43 151 XIV 90 Herculeus VIII 14 XIII 82 XIV 280
Hermarchus aliquis III 120
Hernicus XIV 180
Hesperidum serpens XIV 114
Hiberina *multivira* VI 53
Hippolytus X 325
Hirpinus *ecus* VIII 63
Hirrus *tutor inprobus* X 222
Hispania VIII 116 X 151
Hispo *cinaedus* II 50
Hispulla VI 74 *pinguissima* XII 11
Hister *amnis* VIII 170
Hister II 58 Pacuvius *captator* XII 111
Homerus VI 437 VII 38 X 246 XV 69 Homericus Gradivus XIII 113
Horatius *Flaccus* VII 62
Hyacinthi *amasii pulcelli* VI 110
Hylas urnam secutus I 164
Hymetto vicinus *Socrates* XIII 185
Hyperboreus axis VI 470
Ianus VI 386 394
Iarbas *ex Vergilio* V 45
Iaso mercator *in campo* VI 153
Idaea *Iovis* antra XIII 41 Idaeum numen III 138 XI 194
Idymaea porta *ad urbem* VIII 160
Ilias X 261 XI 180 Iliacus puer *Ganymedes* XIII 43
Illyricum latus VIII 117
Indi VI 337 466 XI 125 *Indae VI 585 Indica tigris XV 163
Io si iusserit VI 526
Ionium late sonantem VI 93
Iphigenia XII 119
Isaeus *sophista* III 74
Isis VI 529 IX 22 XII 28 XIII 93 Isiaca lena VI 489
Ister *vide* Hister
Italia III 171 X 154 XII 78
Ithacus Vlixes X 257 XIV 287 XV 26
Iudaei III 14 VI 543 547 Iudeicum ius XIV 101
Iulia *Titi f.* II 32
Iulius *mensis* II 70 lex Iulia II 37 VI 38
Iulus VIII 42 XII 70
Iuncus consul *anni 127* XV 27
Iuno II 98 VI 48 619 VII 32 XIII 40 regina XII 3
Iuppiter V 79 VI 15 59 VIII 156 V 38 188 268 XI 116 XII 6 89 XIII 41 114 XIV 81 206 271
Iuvernae litora II 160
labyrinthi mugitus I 53
Lacedaemonius orbis *marmor* XI 75
Lacerta russatus VII 114
Lachesis III 27 IX 136
Ladas *cursor* XIII 97
Laelius *militum dilector* XIV 195
Laenas captator V 98
Laestrygones XV 18
Lagi moenia *Alexandria* VI 83
Lamiae *nobilissimi* IV 154 VI 385
Laomedontiades *Priamus* VI 326
Lappa Rubrenus VII 72
Lar VI 3 matrona laris III 110

VIII 14 XIV 20 Lares VIII 110 IX 137 XII 89 113 XIII 233 laribus coniungere nostris tectum aliud XV 153
Larga adultera XIV 25
Laronia *virorum castigatrix* II 36 65
Lateranus cos. *a. 94* VIII 147 151 167 Laterani X 17
Latinae *viae* monumenta I 171 V 55
Latinus *archimimus* I 36 VI 44
Latium XII 103 rebus Latiis XI 115 Latina pubes VI 287 637 VIII 256
Latonae gens VI 176 X 292
Lavino novercali *Iuli* XII 71
Laurenti in agro I 107
Laureolus *mimus* VIII 187
Leda *saltata* VI 63
Lentulus *Catilinarius* X 287 *poetarum patronus* VII 95 *mimum agens* VIII 187 *vir adulterae* VI 80
Lepidi VI 265 VIII 9
Leucade *caedes civium* VIII 241
Libitinam evaserit aeger XII 122
Liburna ingens III 240 Liburnus *ab admissione* IV 75 VI 477
Libye V 119 XI 25
Licinus praedives I 109 XIV 306
Ligustica saxa III 257
Liparaea *Volcani* taberna XIII 45
Longinus *Cassianorum princeps* X 16
Lucani *servorum carcer* VIII 180
Lucanus contentus fama VII 79
Lucilius I 165
Lucretia X 293
Lucrinum saxum *ostreosum* IV 141
Lucusta *venefica* I 71
Lugudunensis ara I 44
Luna teste VI 311 443 VIII 149
Lycisca *prostibulum* VI 123
Lycius puer XI 147
Lyde *medica ad steriles* II 141
*Lysimachus *rhetor* VII 204
Machaera *pro scissore* VII 9
Maculonis aedes VII 40
Maecenas I 66 VII 94 XII 39
Maedi *lecticarii* VII 132
Maeotis ara XV 115 glacies Maeotica IV 42
Mamerci *patricii* VIII 192
Manilia accusat VI 243
Marcelli *generosi* II 145
Marius *Priscus* I 49 VIII 120
Maro *Vergilius* VI 436 VII 227 XI 180
Mars I 8 II 31 VI 59 IX 101 X 83 314 XIII 79 XVI 5 ultor XIV 261
Marsi III 169 XIV 180
Marsya victus IX 2
Massa *Baebius* I 35
Matho causidicus I 32 VII 129 XI 34
Maura nota *felatrix* VI 307 X 224
Mauri III 79 V 53 VI 337 VII 120 X 148 XI 125 XII 4 XIV 196 Maura VI 308
Medullina crisans VI 322
Medus *Xerxes* X 177
Megalesia VI 69 XI 193
Melanippae persona VIII 229
Meleagri aper V 115
Memnon *resonans* XV 5
Memphitide terra XV 122
Menoeceus Thebas dilexit XIV 240
Mentor *caelator* VIII 104
Meroe VI 528 XIII 163
Messalina *Aug.* X 333
Metellus caecus VI 265 *dux belli Sertoriani* XV 109
Mevia *virago* I 22 *improba* II 49
Micipsae *Numidae* V 89
Miletos VI 296
Milo *et Clodius* II 26
Minerva III 139 219 X 116 XIII 82
Minturnarum paludes X 276
Mithridates composuit *antidotum* XIV 252
Modia *orba* III 130
Moesi fortes IX 143
Molossus *Pyrrhus* XII 108 XIV 162
Montanus *T. Iunius* IV 107 131
Monychus ornos iaculatur I 11
Moyses XIV 102
Mucius cum Coclite VIII 264 *Lucilianus* I 154
Musarum aedis VII 37
Mycale *concubina* V 141
Mycenis iugulata *Iphigenia* XII 127
Myronis signa VIII 102
Nabataeus saltus IX 126
Naevolus *embasicoeta* IX 1 91
Narcissus *Claudi lib.* XIV 329
Natta VIII 96
Neptunus XIII 81 152
Nero IV 137 VI 615 VIII 72 170 193 212 223 X 15 308 XII 129 calvus Nero *Domitianus* IV 38
Nestor VI 326 XII 128

Nilus VI 83 X 149 XIII 27 XV 123 Niliacae plebis I 26
Niphates VI 409
Nortia *Tuscorum dea* X 74
Novius *captator* XII 111
Numa III 16 138 VI 343 VIII 156
Numantini *Scipiones* VIII 11
Numidae IV 100 VII 182
Numitor *patricius* VII 74 pirata Cilicum VIII 93
Nysa *Bacchi* VII 64
Oceanus II 2 X 149 XI 94 113 XIV 283
Octavius *divus Augustus* VIII 242
Ogulnia ludos spectat VI 352
Olynthi callidus emptor XII 47
Ombi *Aegypti* XV 35
Oppia *moechans* X 220 322
Orcades II 161
Orestes VIII 220 *tragoedia* I 6
Orontes Syrus III 62
Osiris VI 541 VIII 29
Ostia VIII 171
Othonis lex *theatralis* III 159 XIV 324 Otho *Aug.* II 99 VI 559
Pacci Alcitheos VII 12
Pacius orbus XII 99
Pactolus *aurifer* XIV 299
Pacuvius Hister *heredipeta* XII 112 125 128
Paean parce VI 172
Palaemon *grammaticus* VI 452 VII 215
Palatium II 106 IV 31 IX 23 Palatinum cubile VI 116
Palfurius *Sura* IV 53
Pallas *Claudi lib.* I 109
Pansa VIII 96
Parcae XII 64
Paris *Troianus* X 264 *pantomimus* VI 87 VII 87
Parrhasii tabulae VIII 102
Parthenius facit lances XII 44
Parthus VI 407
Paulus *pro nobili* II 146 VIII 21 *causidicus* VII 143
Pax I 115 IX 23
Pedo *causidicus* VII 129
Pegasus *praef. urbi* IV 77
Peleus X 256 XIV 214
Pelides III 280
Pellaeus *Alexander* X 168
Pelopea *saltata* VII 92
Penates XIV 320
Penelope II 56
Peribomius *scortum* II 16
Persica regna XIV 328
Persicus orborum lautissimus III 221 *poetae conviva* XI 57
Petosiris VI 581
Phaeaces V 151 XV 23
Phalaris admoto tauro VIII 81
Pharos VI 83 Pharium acetum XIII 85 Tyrrhena pharos XII 76
Phiale *felatrix* X 238
Phidiacum ebur VIII 103
Philippica *Ciceronis* X 125
Philippus *medicus* XIII 125
Philomela *saltata* VII 92
Phoebi balnea VII 233
Pholus sitiens XII 45
Phryges VI 585 VII 236 XI 147 XII 73 Phrygius II 115 VI 516 XIV 307
Picens *piscator* IV 65 Picena mala XI 74
Picus *generis auctor* VIII 131
Pierides IV 36 Pieria umbra VII 8 60
Pisaea oliva XIII 99
Piso *poetarum patronus* V 109
Pittacos II 6
Pluton torvos XIII 50
Poenus miles X 155 Punica proelia XIV 161
Polio *citharoedus* VI 387 VII 176 Crepereius Pollio IX 7 XI 43
Pollittae *reae* II 68
Polycliti *aera* III 217 VIII 103
Polyphemus IX 64 XIV 20
Polyxena X 262
Pompeius *Magnus* X 108 283 *comes Domitiani* IV 110
Pomptina palus III 307
Pontia *filios veneno necavit* VI 638
Ponticus *recturus provinciam* VIII 1 75 179
Pontus IV 43 X 273 Pontica medicamina VI 661 XIV 114
Poppaeana pinguia VI 465
Posides *Claudi lib.* XIV 91
Postumus *ducturus uxorem* VI 21 28 377
Praeneste III 190 XIV 88
Priamus X 258
Priapus II 95 VI 316
Prochyta *deserta* III 5
Procne VI 644

Proculae *reae* II 68 lectus Procula minor III 203
Proculeius *Horatianus* VII 94 *vetulae cultor* I 40
Prometheus IV 133 VIII 133 XV 85
Protogenes aliquis III 120
Psecas *ornatrix* VI 491
Pudicitiae ara VI 1 14 308
Pygmaei VI 506 XIII 168
Pylades *amicus* XVI 26
Pylius *Nestor* X 246
Pyrenaeum transilit *Hannibal* X 151
Pyrrha *Deucalionis* I 84 XV 30
Pyrrhus *Epirota* XIV 162
Pythagoras XV 173 Pythagorei III 229
Pythia vates XIII 199
Quintilianus de rhetore consul VI 75 280 VII 167 189
Quintilla *Numitoris amica* VII 75
Quirinus II 133 III 67 VIII 259 gemini Quirini XI 105
Quirites III 60 163 VIII 47 X 45 109
Ravola *cunnilingus* IX 4
Remi turba X 73
Rhadamanthus XIII 197
Rhenus VIII 170
Rhodope *mulier* IX 4
Rhodos VI 296 imbellis Rhodios VIII 113
Roma II 39 III 41 83 137 165 183 314 319 IV 38 V 90 VII 4 138 VIII 237 243 X 122 279 XI 46 197 Romani III 119 V 58 X 138 XIV 100 160
Romuleae simulacra ferae XI 104
Rubellius Blandus VIII 39
Rubrenus Lappa VII 72
Rubrius *Gallus* IV 105
Rufus Allobrox Cicero *dictus a discipulis* VII 213 214
Rutilae gibbus X 294
Rutulus *Turnus* I 162 VII 68 Rutuli montes VI 637 XII 105
Rutupinus fundus *ostreosus* IV 141
Sabini III 85 X 299 Sabina bellum dirimens VI 164 mensa Sabella III 169
Saguntos XV 114 Saguntina lagona V 29
Salamine rediit *Xerxes* X 179
Saleius *Bassus* VII 80
salii VI 604
Sameramis II 108
Samos III 70 Samia harena *Iunonis* XVI 6
Samothracum arae III 144
Santonicus cucullus VIII 145
Sardanapalli cenae X 362
Sarmata III 79
Sarmentus *scurra* V 3
Sarrana aulaea togae X 38
Saturnus VI 1 570 XIII 40
Saufeia pro populo faciens *bonae deae* VI 320 IX 117
Sauromatae II 1 XV 125
Scantinia lex II 44
Scauri II 35 VI 604 XI 91
Scipiadae ambo II 154
Scylla XV 19
Scythicae volucres XI 139
Secundus Carrinas VII 204
Seianus X 63 *ss.*
Seius Titiusque IV 13
Seleucus *seu citharoedus* X 211
Semiramis II 108
Seneca V 109 VIII 212 X 16
Senones VIII 234
september VI 517 XIV 130
Seres quid agant VI 403
Sergius *gladiator* VI 112 Sergiolus VI 105
Seriphos *exulum* VI 564 X 170
Serranus *poeta* VII 80
Sertorius Bibula ardet VI 142
Servilia *virosa* X 319
Setinum *vinum* V 34 X 27
Sextus cevens II 21
Sibylla VIII 126 *Cumana* III 3
Siculus gurges V 100 VI 486 VII 236 IX 150 XIII 50
Sicyon III 69
Signinum pirum XI 73
Silanus *inter proceres* VIII 27
Silvano *mulier operatur* VI 447
Sirena nullam XIV 19
Socratici II 10 XIV 320
Solon *cum Croeso* X 274
Solymae leges VI 544
Sophocleo hiatu VI 636
Sora III 223
Sostratus cantat *Persica* X 178
Spartana chlamys VIII 101 218 XIII 199
Statii Thebais VII 83
Stentora vincere XIII 112
Stheneboea X 327

stoici III 116 XIII 121 XV 109 Stoicidae II 65
Stratocles *comoedus* III 99
Stygius gurges II 150
Subura III 5 V 106 X 156 XI 51 141
Sulla I 16 II 28
Sulmonensis *Atticam se facit* VI 187
superbus rex VI 524
Sybaris VI 296
Sycambri torvi IV 147
Syenes porta XI 124
Syphacis castra VI 170
Syria VIII 169 Syri III 62 VI 351 Syrium pirum XI 73
Syrophoenix *caupo* VIII 159 160
Tagus *aurifer* III 55 XIV 299
Tanaquil tua VI 566
Tarentum petulans VI 297
Tarpeius Iuppiter VI 47 XII 6 XIII 78
Tatius XIV 160
Taurica ara XV 116
Tauromenitanae rupes V 93
Telamon *pater Aiacis* XIV 214
Telephus *tragoedia* I 5
Telesinus *epicus poeta* VII 25
Tentyra *Aegypti* XV 35 76
Teresias *caecus* XIII 249
Tereus Fausti VII 12
Terpsichoren suam odit VII 35
Teucrorum proles *Troiugenae* VIII 56
Teutonicus currus *Marii* X 282
Thabraca *simiarum nutrix* X 194
Thais *acta a comoedo* II 93
Thaletis mite ingenium XIII 184
Thebae XIII 27 XIV 240 Thebae Fausti VII 12
Thebais *Statii* VII 83
Thebe *Aegypti* XV 6
Themison *clinicus* X 221
Theodori ars *rhetorica* VII 177
Thersites VIII 269 271 XI 31
Theseis Cordi I 2
Thessala philtra VI 610 Thessaliae campi *Philippii* VIII 242
Thraces III 79 VI 403 XIII 167
Thrasea *Paetus* V 36
Thrasyllus *mathematicus* VI 576
*Thrasymachus *rhetor* VII 204
Thyestae syrma VIII 228
Thyle XV 112
Thymele *mima* I 36 VIII 197 tunc rustica VI 66
Tiberinus *piscis* V 104 *amnis* VIII 265
Tiberis III 62 VI 522 VII 121 XIV 202
Tibur III 192 XIV 87 de Tiburtino agro haedulus XI 65
Tigillinus *Sofonius* I 155
Tiresias *caecus* XIII 249
Tirynthius *Hercules* XI 61
Tisiphone qua exagitaris VI 29
Titan *Prometheus* XIV 35 Titanida pugnam VIII 132
Titius Seiusque IV 13
Tongilius *causidicus* VII 130
Tralles III 70
Trebius *convivatoris amicus* V 19 135
Trifolinus ager *vitifer* IX 56
Troia Priamus X 258 Troianum ignem Alba servat IV 61
Troica *Neronis* VIII 221
Troiugenae I 100 VIII 181 XI 95
Trypherus *doctor scissorum* XI 137
Tuccia *vetula lasciva* VI 64
Tullia *insultans Pudicitiae* VI 307
Tullius *Servius* VII 199
Tullus *Hostilius* pugnax V 57
Turnus XII 105 XV 65
Tuscus *Seianus* X 74 de Tusca Graecula VI 186 Tusci libelli XIII 62 I 22 VI 289 VIII 180 XI 108
*Tutor pirata Cilicum VIII 93
Tydides XV 66
Tyndaris *Clytaemestra* VI 657
Tyriae lacernae I 27 VI 246 VII 134 X 334 Tyrius Hannibal XII 107
Tyrrhena pharos XII 76 V 96 VI 92
Vagellius declamator XIII 119 XVI 23
Varillus infamis II 22
Vascones XV 93
Vaticanus mons VI 344
Vcalegon *ex Vergilio* III 199
Veiento *Fabricius* III 185 IV 113 123 *foedissimus* VI 113
Venafranum *oleum* V 86
Ventidius *Bassus* VII 199 *lautus* XI 22
Venus II 31 IV 40 VI 138 300 570 VII 25 X 209 290 362 XI 167 XVI 5

Venusina lucerna *Horati* I 51
*Venustina *Veneriis orta* VI 167
Vergilius *Maro* VI 435 VII 69
Verginia *sollicitata ab Appio* X 294
Verginius *Rufus* VIII 221
Verres II 26 III 53 VIII 106
Vesta VI 386 minor *Albae* IV 61
Vestinus senex XIV 81
Vettius *rhetor* VII 150
Victoria I 115
dictus a vimine collis III 71
Vindex *Iulius* VIII 222
Virro *trimalchio* V 39 43 99 128 134 149 156 IX 35
Virtus I 115
Vlixes IX 65 XI 31 XV 14
ultor Mars XIV 261
Vlubris vacuis aedilis X 102
Vmbricius *poetae amicus* III 21
Volesi *patricii* VIII 182
Volscorum *Arpinates* VIII 245
Volsinii III 191
Volusius Bithynicus XV 1
Vrbicus *Atellanarum histrio* VI 71
Vrsidius moechorum notissimus VI 38 42
Vulcanus I 9 X 132 XIII 45
Zacynthos *Saguntum* XV 114
Zalaces Armenius II 164
Zeno *stoicus* XV 107

NOMINA SVLPICIAE

Achaeum stadium 25
Apollo Romanus 70
Ausonium genus 19
Cadurcae fasciae *in iambis*
Calenus 62 *iamb. testim.*
Calliope 11
Camillus 41
Capitolinus Camillus 41
Carthaginis arces 23
Cato priscus 48
Clazomenius *Hipponax* 6
Diespiter 33
Egeria 68
Galli 42
Grai 8 29 39
Libycus Scipio 45
*Lydus 60
Musa 1 59 70
Numae laureta 67
Numantinus Scipio 45
Phalaecum carmen 4
Rhodius *Panaetius* 46
Roma 21 Romana 8 35 40 50 62 70
Romuli alumnos 19
Romulidae 57
Sabini 63
Scipio 46
Sicaniae freta 23
Smyrne 60

Lipsiae typis I. B. Hirschfeldi.

Pompey
Caesar Antony